30

8880

2/19

# Caso

# REMISSIONES
# DOCTORVM
## QVI VARIA LOCA CONCILII TRIDENTI- NI INCIDENTER TRAC- TARVNT.

*NON SOLVM PAROCHIS, CONFESSA- rijs, & ijs qui caſus conſcientiæ decidunt, ſed etiam Iudicibus, & Aduocatis, illiſquè qui in foro Eccleſiaſtico verſantur maximè vtiles, & neceſſariæ.*

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVE- rendiſsimum Dominum Epiſcopum D. Ferdinandum Martinez Maſcareñas in regno Portugalliæ contra hęreticam prauitatem Ge- neralem Inquiſitorem, &c.

*AVCTORE P. AVGVSTINO BARBOSA Vimaranenſi Presbytero Luſitano.*

---

CVM PRIVILEGIO.

Valliſoleti: Ex Typographia Hieronymi Morillo. Anno 1621.

*Acoſta de Iuan de Molina mercader de libros.*

P. M. F. Manuel Angles

# FEE DEL PRIVILEGIO.

YO Pedro de Mõtemayor del Marmol, eſcriuano de camara delRey nueſtro ſeñor de los que en ſu Conſejo reſiden, doy fe que auiendoſe pedido ante los ſeñores del dicho real Conſejo, por Aguſtin de Barboſa, Portuges, liccẽia, e priuilegio para imprimir en eſtos Reynos, vn libro por el compueſto, intitulado. *Remiſsiones Doctorum, qui varia loca Concilij Trid. incidenter tractarunt.* Viſto los ſeñores dhos del Cõſejo, mãdaron ſe le dieſe licencia para imprimir el dicho libro, y priuilegio, por diez años, y que el dicho priuilegio no ſe le deſpachaſe haſta auerſe impreſſo en eſte Reyno el dicho libro. Y que por lo ſuſodicho no ſe entẽdieſſe, poner eſtoruo para que qualquier impreſſor deſte Reyno hizieſſe la dicha impreſsion, como de los autos, y decretos de los dichos ſeñores del Conſejo conſta, e parece, que en mi poder quedaron, a que me refiero. E para que dello conſte de pedimiento de la parte del dicho Aguſtin de Barboſa; di eſta fee, en Madrid a diez dias del mes de Mayo, de mil y ſeyſcientos. y diez y nueue años.

*Pedro Montemayor del Marmol.*

---

## *ERRATAS:*

E *viſto eſte libro, intitulado, Remiſiones Doctorum qui varia loca Concilij Tridentini incidenter tractarunt, y cõforma con ſu original. Dada en Valladolid a diez de Agoſto de mil y ſeyſcientos y veynte y vno.*

**El Doctor Vergara Barona.**

# *TASSA.*

*YO Pedro Montemayor del Marmol, eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, y vno de los que en ſu Real Conſejo reſiden: doy fee, que auiendoſe viſto por los Señores del dicho Real Conſejo, vn libro intitulado Remiſsiones del Concilio, compueſto por el Padre Aguſtin Barboſa, que con licencia de los dichos Señores fue impreſſo. Taſſarõ cada pliego del dho libro a quatro marauedis; el qual parece q̃ tiene quarẽta y cinco pliegos y medio, q̃ al dicho reſpecto, mõtã ciento y ochenta y dos marauedis. Y al dicho precio mandaron ſe vendieſſe, y no mas: y que eſta taſſa ſe ponga en el principio, y primero pliego de cada libro. Y para que dello conſte, de mandamiento de los dichos Señores del Conſejo, y de mandamiento del dicho Aguſtin Barboſa, di eſta fee en la villa de Madrid, a tres dias del mes de Agoſto de mil y ſeyſcientos y veynte y vn años.*

Pedro Montemayor
del Marmol.

# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO Epiſcopo D. Ferdinando Martinez Maſcareñas in regno Portugalliæ contra hæreticam prauitatem generali Inquiſitori, &c.

*DIV multumquè me ſolicitum habuit, Illuſtriſsime Præſul, huiuſce mei libelli editio, eo quòd intra fines adoleſcentiæ conſtitutus præcoces, ac immaturos fructus in aliud tempus non reſeruaſsem, quo viſis, & expeditis Romanæ Curiæ negotijs, aſsiduis, ac diuturnis Doctorum lectionibus circa Sacri Concilij Trid. decreta, Illuſtriſsimorumq; Cardinalium deciſiones, maius prout materia deſiderabat, Remiſsionum volumen in lucem edere potuiſsem. Fateor quidem hoc noſtris valde oneroſum, & graue extitiſſe, & ad illud præcauendum magnificentiſsimo Patrono mihi opus eſſe ſub cuius tutelari protectione in publicum prodire auſus ſim. Tu vnus ex omnibus mihi occurrebas. Ornatiſsime Præſul, qui ingenij mei mediocritatem, nō modo auctoritate tua tueri, & poſſet, & velles, verumetiam tuæ amplitudinis odore ab omni maneuolorum hominum inuidia, & obtrectationē vendicares, quoniam altius decurrit tuæ Celſitudinis Sol, quàm quò eorum latratus peruenire valeant. Ego igi-*

tur in lucem prodire curaui, delegique ſub tuo Illuſtriſſimo nomine libellum hunc typis tradere, vt ſplendore tuo illuſtratus, præſidio munitus, dignitate decoratus, & auctoritate ſuffultus, perquè manus, perque ora honinum tute verſari, & humaniter ſuſcipi poſſet. Quis enim eſt omnium, qui cum Muſis, ideſt, cum humanitate aliquod habent comercium, qui cum hunc libellum tibi nuncupatum, tibique non ingratum reſciuerit, eum ipſum nominis tui titulo decoratum emendum non curet, emptum non perlegat, perlectum prope dicam non exoſculetur, ac de manibus nunquam deponat. Quem vero non dicam metuenda, ſed obſeruanda potius illa tui oris probitas non rapiat, generoſa famæ dignitas non alliceat, ſuauiſsima humanitatis lenitudo non inuitet, ſingularis deniquè, ac rara ingenij tui dexteritas non perſuadeat, in quod, verbo dicam, ipſa Iuriſprudentia ſe totam, ſecumque omnem ſuam fortunam penitus videtur effudiſse. Accipe ergò, & foue hoc qualecumque eſt, noſtræ voluntatis officium, exiguum quidem, ſed ex magna tamen tui obſeruandi voluntate profectum, eo præſertim tempore tibi deuotum, oblatumque quo Inſignis Gollegiatæ Vimarenſis, ſub BEATISS. VIRGINIS da OLIVEIRA peculiari inuocatione, tot, ac tantis ipſius miraculis, Regumque priuilegijs ornatiſsimæ, te Priorem habere omnium applauſu, & circunfuſa lætitia Patria mea gloriatur. Pium namque erga animarum ſalutem zelum tuum omnis lingua extollit, atque ad audiendam vocem ſermonum tuorum aures

erigit

*erigit grex iſte tuus. Quamobrem I,lluſtriſsime, Præſul præſidium, & dulce decus noſtrum, monimenta hæc meæ in te obſeruantiæ, & venerationis ergò tibi dicata, pro tua ſingulari benignitate humaniter fouere, ac patrocinio tuo munire nec de digneris, tuo enim fretus auxilio ad maiora properare contendo, interim tamen ſi quos ex hoc libello fructus, vti ſpero, decerpetur, tibi debebitur, tibi ſecundum Deum referetur acceptum. Vale Illuſtriſsime Domine, teque Deus Optimus ad maiora extollat, ſeruet incolumen, ac perpetuam largiatur felicitatem.*

Illuſtriſſ. dominat. V.

Humilis in Chriſto ſeruus

P. Auguſtinus Barboſa.

# PROLOGVS
## APOLOGETICVS

CREBRAE Amicorum preces, Sapiẽtiſsime Lector, immatuaras has Doctorum Remiſsiones ſuper varia S. Concij Trid. loca typis mandare, & in lucem edere nos impulere, quas tantum in noſtrorũ vtilitatem, & facilioris ſtudij gratiam colligebamus. Amicorum ergo precibus coacti, qui noſtros eſſe aliquid putarunt labores, in varias hominnm cogimur adire ſententias, eo quod nulli adhuc expediens fuiſſet, repugnante Bulla Pij IIII. Benedictus, Commẽtarios, & interpretationes ſuas ſuper S. Concilij Trid. decretis ſtatuere, cum difficultates, & controuerſias, ſi quæ ex eis ortæ fuerint, ſibi tantum declarandas, & decidendas Sedes Apoſtol. reſeruauerit. De cõſilio igitur Doctiſsimorum virorum, qui Diuini, & humani iuris peritiſsimi extitere, prædictam Bullæ prohibitionem ſolum procedere in illis difficultatibus, & interpretationibus, quæ peculiari ipſiuſmet conſtituentis declara-

claratione egent, non tamen, quæ ex iuris regulis,& Doctorum reſolutionibus deciſæ manēt,attēta pręcictęBullę diſpoſitione pro babilius iudicatum eſt, quia aliter neceſſario prodeciſione cuiuſque dubij ſuper aliquoCō cilij decreto excitati,& in ipſomet non deci ſi,reiecta iuris diſpoſitione, ad Sedem Apoſt. recurrendum eſſe diceremus, contra mentē & aperta verba ipſius Bullæ. *Si cui vero in eis aliquid obſcurius dictum,& ſtatutum fuiſſe, eāque ob cauſam interpretatione aut deciſio ne aliqua egere viſum fuerit, aſcendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apoſt.* Prædictam deinde Bullæ prohibitionem procedere ſolum interpretatione, quæ fit ex capite,& prout vnicuique libet,nō tamen in interpretatione iuris, eiuſdem Bullæ procemialis ratio ſequentibus verbis aperte demonſtrat. *Ad vitandum præterea peruerſionem,& confuſionem,quæ oriri poſſet,ſi vnicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilij Commentarios, & interpretationes ſuas edere.* Omnis enim iuris interpretatio non eſt prohibita,ſed illa tantū quæ fit prout

vni-

vniquique libet, ideſt, ex capite, reſoluũt Caſſan. ad Conſuetudines Burgund. Rub. 2. §. 2. in princip. num. 13. Late Perez in procemio ad Leges Ordin. q. 2. De iure ergo Communi non licet interpretari leges niſi Imperatori l. fin. Cod. de Legibus, & tamen licet eas declarare ſecundum verum ſenſum, & iuri conſonum ex Bart. in l. Omnes populi q. 6. verſ. Tertio loco num. 65. ff. de Iuſtit. Valaſc. conſult. 41. num. 7. Sic etiam Leges Regiæ Luſitanorum nõ poſſunt interpretari ex Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 5. quam tamen inteligendam eſſe de interpretatione hominis capitoſa, nõ vero de interpretatione iuris reſoluit Valaſc. d. conſult. 41. num. 7. Quamobrem ſic eſſe accipiendam prædictam Pij IIII Bullam ex præcitatis iuribus non eſt, qui dubitet, præcipue cum illius verba clare inſinuent illo tãtum caſu locum habere, quo aliquid obſcurius dictum, & ſtatum ſit, peculiarique declaratione egeat, quia tunc nallum poſſe, prout ci libet, in Decreta Concilij Commentarios, & interpretationes ſuas edere, libenter fatemur, ad alios vero euẽtus vltra prædictũ

mag-

magni dubij, & peculiaris interpretationis caſum huiuſmodi diſpoſitionem, cum ſit pœnalis, iuxta vulgares iuris regulas, non eſſe trahendam aperte colligitur, ſicut nec trahi ad interpretationes, quæ incidenter à Doctoribus ſuis in tractatibus, vel in ſcholis docendo fiunt, reſoluit. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 20. num. 53. in fine. Non veniunt igitur reprehendende hæ non noſtræ, ſed Doctorum Remiſsiones, quas ex illorum libris collectas ſingulis ipſiuſmet Concilij Decretis, & locis fideliter diſtribuendas curauimus ſicut nec reprehenduntur Ioannis Sotealli, & Horatij Lutij ad marginem ſacri Cõcilij annotationes, & concordantiæ, quia ſicut illæ nudam continent locorum Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum oſtenſionem, ita hæ nudas habent Doctorum allegationes, in quibus nec vllum quidem verbum ex noſtro capite adducimus, nullam eorum opinionẽ approbatione admittimus, vel reprobatione confutamus, imo indicis officio fungentes Doctorum loca oſtendimus vbi varia Concilij Trid. decreta incidenter tractantur. Illuſtriſsimo-

ſsimorum etiam Cardinalium inter has Remiſsiones aliquas inſeruimus deciſiones, quas reiectis alijs quam pluribus, à Doctoribus de illarum tenore atteſtantibus receptiores iudicauimus, ideoque nullam adducimus quæ ſuum, non habeat auctorem, vt hic trāſcriptæ illam habeant vim, & auctoritatem, quam merentur Doctores, quos, formalia eorum verba tranſcribentes, ad ipſarum pedes citamus. Pro quarum Deciſionum vi, & auctoritate lector adeat. Fr. Emman. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 11. art. 2. P. Martin. Delri. Diſquiſit. Magic. lib. 6. cap. 1. ſect. 3. in fine Zerol in Praxi Epiſcop. p. 1. verbo. Auctoritas in fine, & p. 2. verbo Abſolutio in fine.

SES-

# SESSIO I.

## *Decretum de inchoando Concilio.*

1 AN, *Concilium generale abſquè auctoritate ſummi Pontificis celebrari poſsit?* *Negat* Bouadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. num. 195. *Vbi etiam reſoluit, quod licet principes ſæculares non poſsint illud conuocare, poſſunt tamen per ſuos iudices ad illius agere obſeruantiam.*

3 An *ſummus Pontifex poſſit diſpenſare ſuper Concilium?* Affirmant *ſi de eo faciat expreſſam mentionem, & non ſufficere clauſulam derogatoriam generalem* Cott. in memorab. verbo, clauſula non obſtante Rebuff. in auth. habita, verbo examinatione, pagina 580. cum ſeqq. Cod. ne filius pro patre, & in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectum natal. n. 24. Gutier. pract. lib. 3. q. 17. n. 231. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 4. collec. 1367. *prope finem.* P. Henriq. in ſum. lib. 13. cap. 57. §. 1. Zerol. in praxi epiſcop. p. 2. verbo abſolutio, verſ. dico quinto ibi, ſed adhoc reſpōdetur pag. 5. Flores Vari. li. 1. q. 10. n. 50. Steph. Gratia. diſcep. forenſ. ca. 397. a n. 35. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. q. 8. art. 10. & to. 3. q. 36. art. 2. & q. 39. art. 4. P. Azori. inſtit. moral. p. 2. lib. 5. ca. 14. col. 574. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 5. n. 2. *& quod conſtitutio conciliaris, tacitè continet clauſulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur per clauſulas generales reſoluunt,* Caputaq. p. 1. deciſ. 268. Veral. deciſ. 176. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 4. collec. 849.

2 An *Epiſcopus contra Concilium diſpenſet expreſſe, vel tacite? Negant* gloſſa, in capitul. cum dilectus, verbo in ætate, de elect. Rebuff. in tract. Nominat. q. 5. nu. 30.

Gutier. de iuram. confirm. p.1.cap.51.n.24.& Canon. lib.1.ca.5.n. 10. P. Henriq. d.cap.57.§.1.lit.C.Stepha. Gratian.d.cap.397.n.33. P. Valer.Reginald.in praxi fori pœnit.lib.31.cap.27. nu. 202.in princip.

4 An *poſsit diſpenſare ex magna cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis?* *Affirmant* Tiraquell. de pœnis temper.in præfat. n. 31.Lambert.de iure patronat.p.1.lib.2.artic. 19. q.7. princip.n.2.Cott.inmemorab. verbo, epiſcopus. Rebuf.in praxi tit. de diſpenſat.ad plura benef. à n. 30. Spin. in ſpeculo teſtam. gloſ. 15. princip. à num. 8. Humad.in l.5.gloſ.12.in fine,verſ.limitatur tit.5. par. 1.P.Sanch.de Matrim.libr. 2.diſp.40.a n.2.Cened.Practi.& Canon.quæſt.lib.1.q. 30.a n.5.Mich. Graſſ.tom. 1.commun.opin.lib. 1.tit.2 num.67. *Vbi reſoluit epiſcopum poſſe diſpenſare ſuper Concilium ex magna cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis, quando Concilium, vel permittit diſpenſare, vel loquitur imperſonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam.*

5 An *omnia decreta Concilij contineant decretum irritans?* *Affirmat* Gonzal. ad reg. 8.chancel.gloſſ. 15. n. 37.

6 An *Litteræ, & conſtitutiones contra Trid. reducendæ ſint ad ius commune?* *Affirmatiue proprio motu definiuit Gregor.* 13 *prout teſtatur.* P.Hẽriq.p.1.ſum.lib.6.cap. 6. §. 6.in gloſ.lit.R.

## SESSIO II.

## *Decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio ſeruandis.*

1 IN text. ibi. ( *In Spiritu Sancto legitime congregata.* ) *Quod Spiritus Sanctus Concilio generali legitimo immediate aſsiſtat reſoluunt.* Iacobatius de Concil.lib.10. artic.1.num. 205. Arag. in 2.2.D.Thomæ q.1. art. 10. pag.88.

2 Vtrum *generalia Concilia legitime congregata in fidei*

*dei, & in morum definitione errare poſsint? Negant*: Campec. de Concil. capit. 35. Canus in locis Theolog. lib.5.cap.4.concl.9.Albertin.de agnoſc.aſſert.q.5.n. 7.& q.21.n.16.& q.30. nu. 24.Iacob.lib.6. de Concil. art.2.nu.155.& lib.5.art.11 n.14.Cordub.in quæſt. lib. 4.q.1.concl.9.Caſtr. aduerſus hæreſes lib.1.capit.6. & de iuſta hæret. punitione lib.1.cap.5.Arag.in 2.2. D. Thomæ q.1.art.10.pag.82. col.2. verſ.Sed eſt dubium, & verſ. ſecunda concluſio. Veg.lib.9.in Concil. Trid. cap.39.P. Azor. inſtit. moral.p.2.lib.5.cap.4.col.539 vbi reſoluit Papam in his quæ ſunt fidei errare non poſſe.

3 In tex.ibi.(*Omnes,& ſingulos Chriſti fideles in ciuitate Tridentina congregatos.*) *An omnes fideles intereſſe debeant Concilio generali?* Vide Iacob. de Concil.lib.1.art.2.Turrec. lib.3.ſum.cap.12.cum ſeqq Guerrer.in theſauro Chriſtianæ Religionis cap.52.§. 7.*Qui reſoluunt ad vocem deciſiuam ſolum epiſcopos alioſque ſuperiores prælatos conuocari, cæteros tamen eccleſiaſticos,& ſeculares intereſſe poſſe, abſque deciſiuo ſuffragio, generale enim Concilium dici Synodum epiſcoporum probat*, capit.Romana Eccleſia 15.diſt.cap.ſatis euidenter 96.diſt.

4 In text.ibi. (*Inſuper ipſa ſancta Synodus,&c.*) *Quis ordo in ſedendo, & ſubſcribendo, & in alijs actibus generalijs Concilij ſeruandus ſit? Vide* caput final.17.diſt.cap.placuit el 1. diſt.18.capit. epiſcoporum 74.diſt.Petr.à Monte de poteſtate Pontif.tit.ordo aſsiſtentium in Concil.a nu.1. & in Monarch.Concil.q.5. Iacob.de Concil.lib. 1.art. 2.pag.20.cum ſeqq. Roch. de iure patron.verbo, Honorificum, q.42.Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p. 4.conſid.23.Guerr.d.capit. 52.§.6.

## SESSIO III.

### *Decretum de Symbolo fidei.*

1 IN text. ibi. ( *In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis* ) *Concord. Apoſtolus ad Coloſſenſ. ibi quodcunque facitis in verbo, & opere in nomine Domini Ieſu Chriſti facite, Vide* Luſitanum Ioannem Vallenſem Peixotium in addit. ad repet. Signaroli de Homedæ. ad Rub. Cod. Qui admitti num. 1. cum ſeqq. Mozz. de contractib. tit. quomodo contractus deficiat a nu. 27. nouiſsime Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in praxi crim. Regul. tit. 4. in princip. n. 6. Cald. Pereira de emptione c. 1. n. 1. & 14. latè Stephan. Gratian. deciſ. 1. per totam.

2 In tex. ibi. *Non eſſe ſibi colluctationem* ) concordat Apoſt. ad Epheſ. cap. 6. & cap. qui reſiſtit 11. q. 1.

3 In text. ibi. (*patrum exẽpla, &c. Concordant* Conciliũ Nizenum, Concil. Roman. ſub Iulio 1. Concil. Conſtant. 6. act. 17. cap. 1. 19. diſt. cap. baptizandos de conſecrat. diſt. 4. cap. 1. de ſumma Trinit.

4 In text. ibi. ( *Quare ſymbolum fidei* ) *Symbolum* dicitur a ſyn, quod eſt ſimul, & bollus, quod eſt morſellus, quia vnuſquiſque Apoſtolorum ſuum morſellum, id eſt, partem ſuam appoſuit, gloſ. in Rub. de ſumma Trinit. *Vel dicitur ſecundum Dyoniſium à ſin, quod eſt con, & bolyn, quod eſt ſententia, vel conuenientia, quia de omnium Apoſtolorum conuenientia ſtabilitum fuit* Gregor. Lop. l. 1. verbo bocados tit. 3. part. 1.

5 De fidei ſymbolo. Vide D. Auguſt. ſerm. 115. & 119. D. Ambroſ. ſerm. 38. de Ieiunijs quadrag. D. Hieron. epiſtol. 61. ad Pamachiam Turrecrem. lib. 1. ſuæ ſum. cap. 19. Bañes in 2. 2. D. Thomæ q. 1. ar. 9. Reper. Inquiſ. verbo eccleſia, Ruſi. de ſymbolo fidei. P. Azori. inſtit. moral. p. 1. lib. 8. ca. 5. P. Ledeſ. in ſum. p. 1. tract. de doct. Chriſt. in princi.

SES-

## SESSIO IIII.

## *Decretum de Canonicis ſcripturis, & traditionibus eccleſiaſticis.*

1 In tex. ibi. (*omni creaturæ prædicari iuſſit*) Conc. illud Matth. vlt. Euntes, *ergo docete omnes gentes, & illud* Marci 16. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate omni creaturæ.*

2 In tex. ibi. (*in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus*) *Vide* Patrem Ioannem Azori. inſtit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 4. q. 1. *vbi q.* 2. *vocat traditionem diuinam illam, quæ in ſcripturis non continetur expreſſè, ſed adhibito communi Patrum, vel eccleſiæ ſenſu certa, & neceſſaria conſequutione ex ſacris literis colligitur.* Et q. 3. *quærit, quænam ſint traditionum genera.*

3 In text. ibi. (*teſtamenti quidem veteris, &c.*) *Vide* Patrem Ioannem Azori inſtitut. moral. p. 1. lib, 8. cap. 1. queſt. 4.

4 In tex. ibi. (*duo Machabæorum*) *Vide* Arnald. Pontacum in annotat. ad Euſebium Cæſar. colu. mihi 446.

5 In tex. ibi. (*ſi quis autem libros, &c.*) *Vide* P. Ioannem Azori. inſtitutionum moral. p. 2. lib. 5. cap. 8. col. 556

6 In text. ibi. (*ſi ex omnibus latinis editionibus, quæ circunferuntur, &c.*) *Vide* P. Ioãnem Azori. inſtitutionum moralium, p. 1. lib. 8. cap. 3. q. 2. *vbi q.* 3. *reſoluit, quod approbatione vulgatæ, & Latinæ editionis non damnantur exemplaria Hebraica, vel Græca, ex quibus tanquam ex fontibus Latina editio fluxit, quæ quidem retinent ſuam fidem, & auctoritatem vbi incorrupta, & integra ſuerint.*

7 In text. ibi. (*ad coercenda petulantia ingenia*) Concordat textus in cap. hæreſis, & in capitul. Adam in fine 24. q. 3.

8 In text. ibi. (*contra eum ſenſum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia*) In Concilio Mileuitano capite 2. *decreuerunt patres*

*tres non aliter intelligenda eſſe verba ſacræ ſcripturæ, niſi quem admodum eccleſia Catholica ſem per intellexit.* Vide Sebaſt. Medices in ſumma omniũ hæreſum,p.1.q. 2. Martin. deAyal.de tradit.eccleſiaſ. aſſert.5.Melch.Can. de locis Theolog.lib. 12. cap.7. Cordub.lib.4.quæſt.theolog.q.1.prępoſit.6.verſ.tertium ſignum veræ fidei. Cened.ad Decretal.collect.8. n.5.cum ſeqq. P. Azori inſtit.moral.p.1.lib.8. cap. 2. q.2.verſ. reſpondeo. *vbi q. 3. an interpretari liceat ſcripturam ſacram non quidem contra vnanimem conſenſum patrum, ſed præter illum duntaxat, & q.5. quærit quot ſenſus poſſit habere vnus ſcripturæ locus, & reſpondit poſſe habere duos, vnum literalem, alterum myſticum.*

9 In text. verſic. (*ſed impreſſoribus, &c.*) In Concilio nouiſsimo Lateranenſi, ſeſsione dezima de impreſſione librorum, *conſtitutum eſt quod nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros de rebus ſacris ſine nomine auctoiis, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examinati probatique fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis, & pecuniæ, vide* P. Valeri Reginald. in praxi fori pœnitent.lib.19.cap.13.ſect.4.n 256.Caſtr.lib. 1. de poteſt. legis pœnal.cap.8. verſ. eſt etiam quædam lex.Cou. li. 4.vari.cap. 17. n.1. *verſic. at hiſce calamitoſis temporibus.* Fuſc.de Viſitat. lib. 2. cap. 31.n.9.Felician. de cenſur. tit.de excommunicat. cap. 24.verſ.qui librum pag.95. Andræ.Gambar,de officio, & poteſt.legati de latere li. 2.n.430.Cened.ad Decretal.collect.8.n,7. P. Azori. inſtit.moral.p.1.lib. 8. cap. 17.q.1.*vbi q. 2. idem reſoluit de quacunque ſcriptura.*

10. In text.ibi. (*ſine nomine auctoris*) An ſufficiat ſi nomen certi collegij, conuentus, vel vniuerſitatis apponantur? *Affirmat* Pater Ioannes Azori. inſtit. moral.part.1.lib.8.capitul. 17. q.3.

11. In tex ibi (*et ſi regulares*) *Vide* Fr.Emman. quæſt. Regul.

gul.tom.1.q.8.artic.6.

12 In text. ibi. (*niſi ante examinati, &c. An* comprehendat priuatas orationes, conciones, annotationes, & obſeruationes de rebus ſacris? *Vide* P. Azori. d. cap. 17.q.4.

13 In text. ibi. (*poſt hæc temeritatem, &c.* An nefas ſit ſcripturarum ſacrarum verba ad profanam, & vanam interpretationẽ cõuertere? *Affirmat* Pater Ioãnes Azori.dict.lib.8.cap.2. q.4.

## SESSIO V.

### *Decretum de peccato originali.*

1 *VIde* Nauar. in manu. prælud. 8. à princip. P.Azori. inſtit. moral. p. 1. li.3.cap.31.& 32.de Iuſtitia originali,&lib.4.cap.25.de peccato originali.

2 In text. verſic. (*ſi quis non confitetur*) *Vide* P.Ioannem Azori.dict. lib.4. cap. 25.q.1.

3 In text.verſiculo, *ſi quis hoc Adæ peccatum, &c.Vide* P. Azori.d. lib. 4. cap. 26. *prope finem*, pag. 328. P. Vaſq. in to.2.diſp.151.n.18.& 19

4 In tex.verſ. *ſi quis paruulos recentes, &c.*Concilium Mileuitanum, *dicit anathema ijs qui recentes natos paruulos baptizandos negant. Vide* Clem. Roman.lib.conſtit.cap.15. in fine, P. Ægid. de Coninck de ſacram, & cenſur. tom.1.q.68.n.55. P. Valẽt. diſp.4.q.3.punc.3.eſſent.5. Patrem Valeriũ Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. num.66.

5 An, *poſſint baptizari infãtes infidelium inuitis parentibus; Vide* Gabr.Vaſquez in 3. p. D.Thomæ,tom.2.diſp.145. P. Ægid. d. tom. 1. diſput. 68.art.10.P.Soar.d.diſp.25. ſect.3. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. n.68.Afflict.deciſ.151.

6 An, *dominus teneatur ſua mancipia curare baptizari?* Vide Patrem Soarez,tomo 3. diſp.25. ſect. 6. P. Vaſq. d. diſp.155. c.7. P. Ægid. dicta diſput.68.nu.87.

7 In tex.ibi.(*ſi quis per Ieſu Chriſti,&c.*) *Vide* Cou. in cap.alma p.1.§.10.n.11.P. Ægid.d.tom.1.q.*69*.art.*6*. n.1.P. Valeri. Reginald.d. lib.27.n.*61*.

8 In tex. ibi. (*aut non penitus tolli*)*Vide* Cardin.Bellar. lib.1.de baptiſm.cap.13.P. Ægidi.d.tom.1.q.*69*.art.1. a.n.1.

9 In tex. ibi (*manere autem in baptizatis concupiſcentiam, &c.*)*Vide* P.Henriq. in ſum. p.1.lib.2.cap.*16*.§.2.& §.7. P.Ægid.d.q.*69*.art.3.num. *6*.

10 In tex. verſ. *Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus &c. Quod* Beata virgo fuerit immunis à peccato originali affirmant P. Henriq. in ſum.lib.3.ca.11.§.3.pro pè ſinẽ.Fr. Emman. quæſt. Regul.tom.1.q.57.Spin. in ſpeculo teſtam.gloſ.3. princip.n.17. Ceuall. cõmuniũ cõtra cõm.q.34*6*. P. Martin. Delri. diſquiſit. magic. lib.4.cap.1.q.3.ſect.*9*. pag. 2*66*.cum ſeqq.P.Paul.Comitol.reſponſ.moral.lib.*6*. q.40.P.Azori.inſtit.moral. p.1.lib.4.cap.34.col.352.& p.2.lib.1.cap.21.col.*93*.P. Soar.de Religione tom. 1. lib.2.cap.8.n. 2.P. Gabri. Vazquez in 3.p.Diui Thomæ tom.2.diſp. 11*6*. & nouiſsime D.F.Ægid. de Præſentatione *de immaculata Virginis conceptione librum compoſuit, & nouiſsime in generali congregatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & vniuerſalis* Inquiſitio*nis coram S. D. N. Paulo V. conſtitutum eſt, vt in poſterum nullus audeat in publicis contionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs actibus publicis aſſerere, quod Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali donec articulus ille à ſede Apoſt. fuerit definitus ſequenti breui.*

# FERIA QVINTA DIE XXXI. AVGVSTI, ANNO A

Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1617. In generali Congregatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in palatio Apoſt. in mõte Quirinali corã S.D.N.D. Paulo diuina prouidentia Papa V.

SAnctiſsimus dominus noſter poſt longam, & maturam diſcuſionem, auditis votis Illuſtriſsimorũ, & Reuerendiſsimorum D.D. Cardinaliũ contra hęreticam prauitatem generalium Inquiſitorum, re accuratè, ac diligenter perpenſa, prouide conſiderans, quod quamuis in conſtitutione fęlicis record. Sixti IIII. ſuper Conceptione Beatiſsimæ Virginis Mariæ prę ſubmouendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, â S. Trid. ſynodo innouata, & deinde in alia conſtitutione ſanctiſs. Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter ſanctitas ſua innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adiectionibus pęnarum pro efficaciori earum obſeruatione relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtranque partem, quod ſcilicet fue

rit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur. Nihilominus ex ocaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatiſsima Virgo fuerit cum peccato originali cõcepta, oriuntur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcãdala ex debito ſui muneris prouideri, decreuit, & præcepit, ac præſentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis ordinis, & inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcunque, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam eccleſiaſticæ, quam ſæcularis, etiam ſi ſpecialis ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſario mentio facienda, vt in poſterum donec articulus huiuſmodi à S. ſede Apoſtolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & ſedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeãt in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſsima Virgo fuerit cõcepta cum peccato originali. Contra facientes autem eadem Sanctitas ſua voluit, & declarauit, ſubiacere deberi, & ſubijci cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis conſtitutionibus

ſuorum

ſuorum prædeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis. Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctitas ſua non intendit reprouare alteram opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquẽs in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præter quam quoad ſupra diſpoſita, Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans quod negatiuam opinionem, videlicet quod non fuerit cõcepta in peccato originali, in pædictis publicis actionibus aſſerentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Inſuper voluit, & expreſſe mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorũ actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ conſtitutiones firmæ, & illeſæ remaneant, & exacte obſeruẽtur, perinde, ac ſi præſens decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbicunque inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis conſtitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione pręſentis decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis ordinis, & inſtituti etiã quomodolibet exemptos, & alias quaſcũque eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cuiuſcunque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm eccleſiaſticę, quàm ſęcularis,

laris, tam epiſcopi, & prælati ſuperiores alijque ordinarij locorum, quā hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedāt, & in eos ſæuere animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedēdi, ac pœnas coercendi, ac puniendi. Voluit demum ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſsit, quod præſens decretum, ſeu illius exempla ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & in acie campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, perinde acſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent. Quodque præſentium tranſſumptis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ muniris, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

*Andræas de Pittinis ſanctæ Rom. & vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.*

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1617. indict. XV. die vero 12. menſis Septembris, Pontificatus autem ſanctiſsimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. anno 13. præſens Decretum affixum, & publicatum fuit, ad valuas Principis Apoſtolorum, & in acie Campi Floræ, per me Franciſcum de Clericis ſanctiſſ. D.N. Papæ Curſorem.

*Siluerius Pontirolus Mag. Curſ.*

Romę: Ex Typographia Reu. Camēræ Apoſt. 1617.

CAP.

## CAP. I.

## De Reformatione.

*De interpretatione ſacræ Scripturæ in Eccleſijs neceſſaria, atque alijs, ad id pertinentibus.*

1 Vide Nauar. in manu. cap. 27. num. 107. Medices in ſumma peccatorum p.2.cap.2.ti.3. q.74. nu. 209. Optimè Zerol. in praxi epiſcop. p. 1. verbo præbēda Theologalis pag. mihi 299. P. Valeri. Reginald.in praxi fori pœniten. lib.20.num.53.

2 In tex.ibi (*In illis eccleſijs &c.*) ſacra Cardinalium cōgregatio ita cenſuit. Vbi viget conſuetudo, quod detur à capitulo ſtipendium proprio Theologo, ea ſeruanda eſt, quod ſi illud etiā poterit Theologum reddere diligentiorem in ſui muneris functione, triennium eius conductionis ordinarius vna cum capitulo præfinire debet. De hac reſponſione teſtatur Zerol. d.verbo præbenda Theologalis verſ. Ad ſecundum.

3 In text.ibi (*pro lectoribus ſacræ Scripturæ*) ſacra Cardinalium congregatio ita cēſuit. Quando clericus ſæcularis idoneus pro Theologali præbenda non reperitur, collationem illius ſuſpendendam eſſe; donec inueniatur idoneos Theologus ſæcularis, cui fieri poſſit, & interim nullum eſſe deputādum cuſtodem, aut curatorem fructuum ipſius canonicatus, ſed eos omnes tradendos ſuperiori alicuius ordinis, qui curet, vt aliquis Theologus ex ſuis regularibus publicè in cathedrali Eccleſia doceat ſacram Scripturam, prout mandatur decreto Concil. ca.1.ſeſſ.5. atque imprimis neceſſaria ſubminiſtret ex dictis fructibus, quod reliquum fuerit in vſum monaſterij conuertat, & in Concil. Prouinciali Beneuentano cap.de præbendis Theolog. idem ſeruari eſoluit Zerol.d. verbo præbenda

benda Theologalis verſ. ad quintum.

4 In text. (*eligendum*) ſacra Cardin. congregatio ita cenſuit. A quo autem collatio præbendæ Theologalis fieri debeat, concilium non expreſsit, quarè pertinebit ad eum, ad quem ante de iure ſpectabat. De hac reſponſione teſtatur Gonzal. ad reg. 8. cancel. gloſſ. 9 §. 2. num. 83.

5 In text. ibi (*in Eccleſijs*) cõcordat text. in cap. quia & in cap. finali de magiſtris.

6 In text. ibi (*Eccleſiæ vero quarum annui prouentus, &c.*) Zerol. in praxi Epiſcopali p. 1. verbo præbenda Theologalis verſ. ad tertium.

7 In text. ibi (*docentes verò ipſam ſacram Scripturam.*) An idem ſit ſi doceant ius canonicum? Affirmat Nicol. Garc. de beneficijs p. 3. cap. 2. n. 64.

8 Vtrum docentes in ſcholis Theologiam, vel ius canonicum dum publicè in die docuerint, & ſtudentes in eis, excuſentur à reſidentia, & fructus ſuorum beneficiorum in auſentia percipiant? Vide ſcribentes in cap. fin. de magiſt. Nauar. in man. cap. 25. n. 120. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat. de non reſid. n. 25. & in tracta. de priuileg. ſchol. Priuil. 29 & 31. Horat. Luti. eod. tract. priuileg. 99. & 100. Ludou. Lopez in inſtructor. conſcientiæ to. 1. cap. 149. verſ. ſed quotuplex. Viual. in candelab. aureo, in appendice cap. 9. n. 13. & 14. & verbo reſidentia nu. 8. Ojed. de incompatibil. benefic. cap. 17. nu. 28. Fr. Eman. in ſum. tom. 1. cap. 33. nu. 2. & tom. 2. cap. 36. n. 2. & in addit. ad bullam Cruciatæ ca. 7. ad 4. clauſulam num. 27. Gonzal. ad reg. 8. cancel. §. 7. proœm. nu. 180. Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 2. n. 54. cũ multis ſeqq. Maynar. deciſ. 8. lib. 1. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. collect. 446.

9 In text. ibi (*dum publice in ſcholis docuerint*) ſacra Cardinalium congregatio ſic cenſuit. Idem cenſendum eſt de docentibus in Eccleſijs,

qui

qui, quamuis à ſeruicio chori abſentes eſſent, poſſunt percipere fructus ſuorum canonicatuũ exceptis quotidianis diſtributionibus, ſed ex gratia diebus quibus legunt habendi ſunt, ſicut præſentes in choro, & inſeruientes non modo pro illis horis, vt ſi mane legunt pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die, referunt Gonzal. ad reg.8.cancell. §.7.procem. n.180.Nicol.Garc.d.cap.2 n.118.

10 In text.ibi (*ſcholares.*) An debeant eſſe in ſtudio generali, ſeu celebri vniuerſitate? Affirmant Rebuf. d.priuil.31. num.8. Horac. Luti.ad finem dicti tractat. de his qui gaudent priuile. ſcholaſt. n.23.ad finem.Perez l.1.tit.10.lib.1.ord.Zechi.de Repub.Eccleſiaſt.tit. de clericis num. 7. verſ.28. Flores Vari.lib. 3.q. 24.nu. 19.Zerol.in praxi Epiſcop. verbo ſtudium §.4.

11 Sacra Cardinalium cõgregatio ita cenſuit. Scholares in Eccleſijs cathedralibus non gaudent eiſdem priuilegijs, ſicut ſtudentes in ſtudijs publicis, vel academijs, interim tamen huiuſmodi ſtudentes in academijs non percipiunt diſtributiones quotidianas, refert Nicol.Garci. d. cap. 2. n.117.

12 An ſcholaſtici otioſi, qui non ſtudent, & ſcholas non frequentant, gaudeant priuilegijs ſcholaſticorum, & abſentes cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum percipiant? Negant Tiraq. in tract.ceſſante cauſa p. 1. n.213.Maſcard.de Probat. concl.1290.n.9.cum ſeqq. Fr.Eman,quęſt.Regul.tom. 1.q.9.art.10.Proſper.de Auguſtino in addit.ad Stepha. Quarant.in ſumma bullarij verbo reſidentia verſ. limita pag.443.

13 In text.ibi (*& beneficiorum ſuorum*) ſacra Cardinalium congregatio ita cenſuit. Obtinentibus parrochiales Eccleſias poſt Concilium Trid.ſtudendi licentia, atque in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi

piendi non datur, referunt Poſt Gonzal. Proſper. de Auguſtino vbi proximè. verſ. item limita, & Nicol. Gar. d. cap. 2. n. 81. Farinat. deciſ. 29. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 3. collect. 563. in med. & conſtitutū eſt in Cōcilio Prouinc. Brachar. 4. act. 3. cap. 9.

14 In text. ibi (*docuerint*) Quid ſi ſpontè, & voluntariè legant ſine ſtipendio, & cathedra? Vide Garc. d. ca. 2. n. 60. vbi reſoluit hoc non ſufficere, ſecus ſi legāt cum licentia vniuerſitatis, ſeu clauſtri, ſiue collegij Doctorum.

## CAP. II.

### *De prædicationis munere exequendo, & licentia ſuperiorum ad id requiſita.*

1 Vide latè P. Valeri Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. nu. 118. cum ſeqq. Fr. Ioann. de la Cruz, de ſtatu Reli. li. 1. c. 7. du. 2.

2 In text. ibi (*prædicatio Euangelij*) Cōcordat Conc. Toletan. 11. cap. 2. Concil. Carthagin. 4. cap. 20. Cap. Epiſcopus nullam 88. diſt. Repert. Inquiſ. verbo prædicatio, Quarant. in ſumma bullarij. verbo prædicator.

3 In text. ibi (*præcipuum Epiſcoporum munus*) Declaratum fuiſſe per Clemen. 8. non concedi prædicationē Epiſcopo extra ſuam diœceſim cum poſsit prohiberi ab Ordinario, cuius eſt diœceſis teſtantur praxis Archiepiſ. Neapol. cap. 58. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſium cap. 393. à nu. 9. vbi num. 11. reſoluit quod priuilegium Epiſcoporum, vt per vniuerſum mundum poſsint prædicare iuxta illud Matth. 9. & Marc. vlt. & cap. in nouo 21. diſt. intelligitur niſi in alienis diœceſibus prohibeantur ab Epiſcopis illius loci, quaſi poteſtas prædicandi ſit intelligenda in proprio populo, non in alieno Fuſc. de viſitat. lib. 2. ca. 20. n. 23. in fine.

4 In text.ibi (*iuxta formam generalis Concilij*) Scilicet Lateran.cap.10.ſub Innocen. III. Et refertur in cap. inter cætera de officio iudicis ordinar.

5 In text.ibi (*ſi legitime fuerint impediti*) Concordat. Concil.Conſtant.6.cap. 8. cap.exijt §. habetur etiam de verbor. ſignificat. Concil. Lateranen. vltim. ſeſſ. 11.Pat. Valeri. Reginal. d. lib.18.n.119.

6 In tex.verſ.Si quæ, ibi, (*Regulares vero, &c.*) Vide late Fr. Emman. quæſt. Reg. tom.3.q.32.ar.1.cum ſeqq. P.Valeri. Reginald. in praxi, lib.18.nu.123.

7 In text.ibi (*etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum*) Sacra Cardinalium congregatio ita cenſuit. Regulares in Eccleſijs ſuorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Epiſcopo licentiam obtinere, ſed tantum à ſuis ſuperioribus de moribus, & ſcientia examinari, & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea ſe perſonaliter coram Epiſcopo præſentare, ab eoque petere benedictionem, tametſi eam minime obtinuerint, refert Fr. Emman.d.q.32. art. 5. reſoluit P. Valeri. Reginald. d.lib.18.n.123.

8 In text.ibi (*in Eccleſijs vero, quæ ſuorum ordinum non ſunt, &c.*) Gregor.XIII. Conceſsit Societati Ieſu, quod huius ſacræ religionis confeſſarij, ac prædicatores, ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis ſuperioribus ad hujuſmodi munera deputati, quandocunque, ſiue mari, ſiue terra, iter faciunt, poſsint non repugnantibus tamen curatis, parochialium Eccleſiarum verbum Dei prędicare, & quoruncunque Chriſti fidelium confeſsiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij exiſtunt, niſi eorum licentia deſuper obtenta, refert Fr. Emman. d. q. 32. art.6. vbi in fine dicit illo priuilegio frui Prædicatores Ordinum Mendicantium, &

alij, qui cum ipſis communicant in priuilegijs conceſsis, & concedendis.

9 In text. ibi (*ſi vero*) Vide Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 32. art. 8.

10 In text. ibi (*& tanquam ſedis Apoſt. delegatus procedat*) Vide Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. q. 8. art. 7.

11 In text. verſ. (*Caueant præterea Epiſcopi*) Vide Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 3. q. 32. art. 9.

12 In text. verſ. (*Quæſtores vero eleemoſynarij*) Vide Cened. ad Clement. & Extrauag. collect. 9. Fr. Emmanue. d. q. 32. art. 11.

13 Conſtitutum eſt apud Luſitanos per Ordin. regiã lib. 5. tit. 103. ne quæſtores alicuius ſancti nomine petitoria facientes permittãtur, niſi regiæ litteræ oſtendantur, ſi aliter factum, ſit omnes pecunias ab illis quæſitas quæſtori redemptionis captiuorum tradendas pręcipit, vt per Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo, aleæmoſina, n. 2. practicarum fuiſſe, refert Cabed. p. 1. deciſ. 193. Similis apud Hiſpanos extat, l. 1. & 2. tit. 8. libr. 1. ordin. vbi Perez. nunc l. 1. titul. 9. lib. 1. & l. 37. tit. 6. lib. 3. nouæ Recopil. vbi Azeued. vide Auend. de Exequendis mand. lib. 3. capit. 30. & apud Gallos idem regij ſenatus decretis diſpoſitum aſſerit Rhenat. Chopin. de ſacra Politia, lib. 3. tit. 5. à num. 23.

14 In tex. ibi (*cuiuſcunque conditionis exiſtant*) An comprehendat Mendicantes religioſos proſuorum conuentuum ſuſtentatione eleemoſinas quæſtuantes? Negant Nauar. lib. 3. conſil. tit. de Regularib. conſ. 79. n. 3. latiſsimè Fr. Emman. q. Regul. to. 2. q. 57. art. 7.

## SESSIO VI.

### *De iuſtificatione.*

### CAP. I.

#### *De naturæ, & legis ad iuſtificãdos homines imbecillitate.*

In text. ibi (*Adæ innocentiam perdidiſſent*) Concordat

dat Celeſt. Papa primus epiſtol.1.cap.4. & illud ad Roman.5. verſ.12. In omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt, & illud 1.ad Corinth. 15.verſ.22.In Adam omnes moriuntur, & illud Iſai. 64. verſ.6.Facti ſumus, &c.

## CAP. III.

### *Qui per Chriſtum iuſtificantur.*

VIde Sayr. de Sacram. in genere libr.2. capit. 2.q.9.art.3.verſ.Tertio.

## CAP. IIII.

### *Inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.*

VIde Sayr.de Sacram.in genere, lib.2. capit. 2. quæſt.9.artic.3.in fine Pat. AEgid.de Conink. de Sacramentis, & cenſuris, tom. 1.quæſt.68. à num. 23. Gabri.Vaſquez in 3.part. Diui Thomæ. tom. 2. diſp. 151. nu.18.& diſp.158. num. 27.

In text.ibi ( *ſine lauacro* ) Vide Sot.in 4.diſtin.5.q.1. art.2.col.5.D. Thom. part. 3.q.68.art.2.Veg. in Concilium Trident. lib. 9. cap. 4.fol.220.

In text.ibi (*aut eius voto*) Vide Patrem AEgidium, dicto tomo 1.q.62.nu.66.

## CAP. V.

### *De neceſsitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vnde ſit?*

1 VIde Sot.in 4.diſt.4.q. 2.art.5. col.10. Nau. in man.capit.2. numer. 39. Balduin.Iunium ſuper opera controuer.Bellarm. p.2. lib.5. cap. 3. verſ. Quæſtio ſecunda, P. AEgidi. de Sacramentis, & cenſur. to. 2. diſp.2.dub.4.num.34.

2 In text.ibi ( *conuertimini ad me*) Concordat text. in cap. conuertimini de pœnis.diſt. 1. & illud Zachar. 1.verſ.3. Conuertimini ad me , ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos, & illud

& illud Ioel 2. verſ. 12. Conuertimini ad me in toto corde veſtro.

3 In text. ibi (*Conuerte nos Domine ad te*) Concordat illud Hierem. 31. verſic. 18. Conuerte me, & conuertar, & illud eiuſdem Hierem. in orat. verſ. 21. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

## CAP. VI.

### *Modus præparationis.*

1 Vide Balduin. Iunium, ſuper opera controuerſ. Bellarm. par. 2. libr. 5. capit. 3. verſ. quæſtio. Pater AEgid. de Sacram. & cenſuris, tom. 2. diſp. 2. dub. 6. num. 56.

2 In text. ibi (*at præterea*) Vide Nau. in man. c. 1. n. 38.

In text. ibi (*Ante Baptiſmum*) Vide Nau. in cap. vlt. de pœnit. diſt. 7. numer. 10. Pat. Henriq. in ſum. libr. 1. cap. 22. num. 5. P. Pat. Soar. diſp. 7. ſect. 4. §. occurrebat P. AEgidi. q. 62. ar. 1. dub. 2. n. 31. cum ſeqq.

3 In text. ibi (*Vnde in ipſa iuſtificatione. &c.*) Vide Gabri. Vaſquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 2. q. 19. diſp. 158. num. 50.

4 In text. ibi (*& pœnitentiam agite*) Concordat text. in cap. agunt. & capit. proprie de conſecrat. diſt. 4. & illud actor. 2. verſ. 38.

5 In text. ibi (*& euntes ergo docete omnes gentes*) Concordat illud Matth. vlt. verſ. 19. & illud Marc. vlt. verſ. 15. & c. 1. ca. ſi qua, ca. proprie de conſecrat. diſt. 4.

## CAP. VII.

### *Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ.*

1 Vide Nauar. in man. c. 11. numer. 13. ad finē, P. AEgid. de Conink. de Sacramentis, & Cenſuris, tomo 1. q. 62. art. 4. dub. vnic. num. 128. & q. 69. num. 8. & tomo 2. diſp. 2. dub. 2. num. 17. & dub. 10. num. 84. cum ſeqq. Fr. Ioan. de la Cruz, de ſtatu Relig. lib. 2. cap. 2, dub. 3. concluſ. 1. reg. 1.

2 In text. ibi (*quamquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, &c.*) Vide Vaſquez in 3. p. D. Tho-

D.Thomę,tom.2.diſp.231. num.37.

3 In text.ibi (*Vnde in ipſa, &c.*) Vide Pat.Azori inſtit. moral.p.1.lib.9. capitul. 3. quæſt.3.

CAP. X.

*De acceptæ iuſtificationis incremento.*

1 IN text.ibi (*in ipſa iuſtitia*) Vide Sayr. in claui regia,lib.3.ca.4.& P.Azor. inſt.moral p.1.lib.4.cap.34 col.352.

CAP. XIII.

*De perſeuerantiæ munere.*

VIde P. AEgid. de Coninck.de Sacramen. & cenſuris,tomo 2. diſput. 2. num.154.

CAP. XIIII.

*De lapſis, & eorum reparatione.*

VIde Sayr. de Sacra. in genere,li.2.c.2.q.8.ar. 3.verſ.Quo ſuppoſito.

In text. ibi (*ſed pro pœna temporali,&c.*) Vide Fr. Emman.in explic. Bullæ Cruciatæ fundam. 1.folio 1.P. AEgidi.de Sacram.tom. 2. diſp.4.num.23.

CAP. XVI.

*De fructu Iuſtificationis.*

VIde P.Vaſquez in 3. p. Diui Thomæ, tomo 2. q.152.nu.20.P. AEgidi. de Sacram. & Cenſuris, to. 2. diſp.2.dub.20.n. 160. cum ſeqq.& diſp.4.n.15.

*De iuſtificatione.*

CANON I.

Vide Sot.in 4.diſt.14. q. 2.art.5.nu. 3. Nau. in man. prælud.3.n.10.cum ſeqq.

CANON III.

Vide Veg. de Iuſtificat. q.9. & 11. Caſtr. aduerſus hæreſes,verbo gratia;Nau. in man.cap.27. nu. 290. P. AEgid.de Sacram. & cenſur.to.2.diſp.2.du.4. n.34.

CANON VI.

Vide Sot.in 4.diſt.15. q. 1.art.1.col.3.

CANON VII.

Vide Nauar. in comment. de Iubilæo, & indul. fol. 73. P. Azori, inſtit. moral. p. 1. li. 8. cap. 25. col. 826

CANON VIII.

Vide P. Azori. d. cap. 25. col. 826.

CANON IX.

Vide P. Gabri. Vaſquez in 3. p. D. Thomæ, tomo 2. diſp. 134. n. 36.

CANON XI.

Vide Sot. in 4. diſt. 14. q. 2. artic. 5. col. 3. Nauar. in man. prælud. 5. n. 7. Sayr. de Sacram. in genere, libro 2. ca. 2. q. 9. art. 3. verſ. Quoad.

CANON XIII.

Vide Nauar. in tract. de oration. cap. 22. n. 41.

CANON XV.

In text. ibi (*Prædeſtinatorum*) Vide Nauar. in cap. nouit d Iudic. notab. 2. n. 5.

CANON XVI

In text. ibi (*ex ſpeciali*) Vide Nau. in man. c. 1. n. 30. & c. 11. n. 7. & in tract. de orat. Miſcel. 39. n. 150. ad fin.

CANON XVIII.

Vide Caſtr. aduerſus hæreſes, verbo, præceptum, Nauar. in man. capit. 11. ad finem, P. AEgid. de Sacra. & cenſur. tom. 2. diſput. 2. dub. 19. n. 154.

CANON XX.

Vide Sayr. in claui regia lib. 3. cap. 4. P. Azor. inſtit. moral. p. 1. libr. 4. capit. 34. col. 352. P. Valeri. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 13. cap. 17. n. 167.

CANON XXII.

Vide Pat. Ægidi. de Sacramen. & cenſuris, tom. 1. q. 62. art. 2. nu. 105. & q. 73. nu. 47. & 50.

CANON XXIII.

Vide D. Thom. p. 3. q. 84. artic. 16. & in 4. diſtinct. 4. q. 1. Sayr. in claui regia lib. 6. cap. 3. n. 9.

CANON XXV.

Vide Nauar. in ca. 1. 14. q. 1. n. 20.

CANON XXVII.

Vide P. Gabri. Vaſquez in 3. p. D. Thomę, tomo 2. diſp. 156. n. 63. in fine.

CANON XXVIII.

Vide Couar. in cap. alma p. 1. in initio in princip.

CANON XXX.

Vide Repertor. Inquiſit. verbo, culpa cum addit. P. AEgid. de Sacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 11. num. 1. & num. 36.

CANON XXXI.

Vide Nauar. in man. capit. 17. n. 209. Ludou. Beiā. reſponſor. caſuum conſcient. p. 2. cap. 24. fol. 254. P. Sanch. in præcepta Decalog. lib. 2. cap. 35. n. 5.

CANON XXXII.

Vide Sayr. de Sacram. in genere, li. 2. c. 2. q. 9. art. 3.

CAP. I.

De Reformatione.

*De reſidentia Prelatorum in ſuis Eccleſiјs.*

VIde P. Valeri. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 58.

In text. ibi (*ſi quis à patriarchali, &c.*) Vide P. Azori. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 6. col. 825. Gonzal. ad reg. 8. cancel. gloſ. 41. nu. 9.

In text. ibi (*antiquos Canones*) Videlicet, cap. peruenit cum multis ſequentibus 7. q. 1. c. cū ex eo de elect. li. 6.

In text. ibi (*de paſtoribus vtilioribus*) Concordat text. in capit. ex tuæ de clericis non reſid. cap. quoniam 9. porro vt lire non conteſtat.

In text. ibi (*quartæ partis fructuum vnius anni, &c.*) Vide Fr. Emman. in addit. ad Bullam Cruciatæ, par. 2. fol. mihi 215. verſo.

CAP. II.

*De Reſidentia in Eccleſiaſticis beneficiјs.*

VIde Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titulo de diſpenſat. de non reſident. fol. 46. Horat. Luti. de priuileg. ſcholaſt. priuileg. 98. Mathæ. Soar. in practica, & ordine viſitandi, cap. 3. n. 5.

In text. ibi (*nullique priuilegia, ſeu indulta perpetua de non reſidendo, &c.*) Vide P. Paul. Comitol. reſponſ. moral. libr. 1. q. 60. n. 6. Cened. pract. & Canon. quæſt. li. 1. q. 1. nu. 32. vbi reſoluit per clauſulam illam generalem non fuiſſe derogatam Eu-

genianam conſtitutionem.

In text. ibi ( *rationabilibus cauſis*) Quatuor cauſas legitimæ abſentiæ nominat Cōcil. Trident. infra ſeſſ. 23. capit. 1. Vide P. Paul. Comitol. d. q. 60. numer. 5. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 30. tract. 3. n. 54.

## CAP. III.

### *Quod nullus Clericus etiam Regularis, ſi extra monaſterium degat à correptione Epiſcopi; ſit exemptus.*

IN tex. ibi ( *Eccleſiarum Prælati*) Concordat, cap. cū propriè de vita, & honeſt. Cleric.

In text. ibi ( *Cuiuſcunque perſonalis, ſeu regularis* ) Nau. conſ. 21. de Regularibus, quamuis dubius videtur exiſtimare, hoc decretum, nihil derogare priuilegijs ordinum militarium in his, quæ pertinent ad ſacros milites. Alijs probabilius videtur, eos non eſſe comprehenſos, ait enim Nau. vbi ſupra litteram veram prædicti decreti clariorem deſiderari, quoniam eam, quam habemus ſubdificilis, & ſubobſcura videtur, quod attinet ad illa verba, cuiuſque perſonalis. Cæterum littera huius decreti, non videtur obſcura Auctoribus ſtatim citandis, & iuxta eos illius ſenſus eſt. Nullus Clericus ſæcularis, cuiuſque perſonalis videlicet priuilegij prætextu, vel regularis extra monaſteriū degens, etiam ſui ordinis priuilegij prætextu tutus cenſeatur, quominus ſi deliquerit ab ordinario loci, tanquam ſuper hoc à ſede Apoſtol. delegato ſecundū canonicas ſanctiones viſitari puniri, & corrigi valeat, referunt, P. Azori. inſt. moral. 1. p. lib. 15. ca. 4. q. 3. pag. 1282. Fr. Emman. quæſtion. Regular. tomo 2. q. 2. art. 7. per totum. & q. 63. ar. 7. verſ. Quinto.

In text. ibi ( *etiam ſui ordinis priuilegij prætextu* ) Deciſionem text. in extrauag.

cum

cum Matthæus 3. de hæret. inter commun. non corrigi per hunc text. in præſenti teſtatur Cened. in Clem. & Extrauag. collect. 14. n. 3 cum ſeqq.

In text. ibi (*tanquam ſuper hoc à ſede Apoſt. delegato*) Dũ hic tribuitur prælatis iuriſdictio corrigendi exceſſus ſubditorum, conceſſum eſſe prælati, Regularium priuatiue ad ordinarium in præſenti teſtãtur Menoch. de præſump. lib. 2. q. 18. n. 12. Cened. ad Decretal. collect. 87. n. 4. verſ. Secundo.

## CAP. IIII.

### *Quod capitulares cathedralium ſuo Epiſcopo ſint ſubiecti.*

VIde Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 21. art. 7. P. Azori. inſtit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 40. a princip. & præcipue, q. 4.

In text. ibi (*capitula cathedralium*) Sacra Cardinaliũ congregatio, ita cenſuit. Sub collectores, & alij officiales ſedis Apoſtol. minime comprehenduntur, neque quoad oſtenſionem titulorum ſub hoc decreto, refert Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 51. 81.

In text. ibi (*quoties opus fuerit viſitari*) Sacra Cardinalium congregatio, ita cenſuit. Hæc facultas non eſt priuatiua ad illos, qui ius habent viſitandi, & corrigendi, vt ſunt Abbates, Decani, & ſimiles, quia iſtis licet viſitare, & corrigere ſeorſum ab Epiſcopis.

Et iterum. An viſitatio de qua in capit. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat. eatenus competat ex his decretis Epiſcopis, vt non liceat Decano, & capitulo Regulares perſonas, ipſi capitulo ſubiectas cumulatiue cum Epiſcopo, ſeorſum tamen ab eodem non excludendo ipſum Epiſcopum, toties, quoties ſua auctoritate vti voluerit, viſitare, corrigere, & emendare iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatam? Cõgregatio Concilij cenſuit,

voto 180. Cardin. Thuſc. verbo Locatio concl.419. Cardin.Mantic.de Tacitis & ambig.conuent. libr. 5. tit.13. nu.21. Cald.quæſt. forenſ.lib.2.q.32.

5 In text.ibi. ( *à triginta annis ctira.*) Vide Cened.ad Decretal.collect.102. n.3. in fine.

## CAP. XII.

*De Decimarum integra ſolutione.*

1 Vide Fr.Ioannem de la Cruz de ſtatu Relig.lib.2.cap.19.dub.4.per totum.

2 In text. ibi. ( *niſi plena reſtitutione.*) Vide nouiſsime P. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2.c.20.n. 19.

## CAP. XIII.

*De Quarta funeralium.*

1 Vide Pet. de Peruſ. in tract. de Canonica paroch. Bertachin. de Epiſcopo p.4.lib.4.nu.40. Petr.Gregor. Syntagm. li. 2.ca.25.num.10. Chopin. de ſacra polit. tit.7.nu. 13. & 14. Gutier.de Iuram. conf.part. 2.cap.4. num.2. Cardin.Thuſc.tom. 6.verbo, Quarta concl.21. Fra. Emman. quæſt. Regular. tom.1.q.39.art.2. Late Fr. Ioann. de la Cruz de ſtatu Relig. libr.2. capit. 19. dub.5.

2 In text. ibi. (*ante annos quadraginta.*) Sacra Cardin. congreg.cenſuit non comprehendi in dictis verbis Concil. Monaſteria ædificata à quadraginta annis citra, vel quæ in dies ædificantur, &c. refert Frat. Ioann.de la Cruz d.dub.5. concl.2.in fine.

## CAP. XIIII.

*Contra Clericos concubinarios.*

1 Vide Bernard. Diaz in pract.cap.73. Clar.§. Fornicatio nu. 9.verſ.Clericus autẽ concubinarius,

Guid.Papæ deciſ.558. Hieron. de Monte Vari.iuris q.18.nu.48. Humad.l. 32. gloſ.5.n.9.tit.5.par.1. & l. 43.gloſ.2.n.3.tit.6. par.1. Perez l.23. verſ.Quæri tamen poteſt titu.3. libr. 1. Ordin.Matienſ.l.6.gloſ.2. à num.23.tit. 8.lib.5. nouæ Recop.Menoch.de Arbit. caſu 418. Rebuff. de concord.tit. de publicis concub.verſ.Prima ergo pœna Petr.de Bollo in œcon. Eccleſ.claſsi.1. cap.4.à §. 5 Zerol.ni praxi Epiſcop. part.1.verbo Concubinarij.§.3. pag. 60. P. Paul. Comitol.Reſponſ. Moral. lib.1.q.57.P.Valeri. Reginald.in praxi fori pœnit. lib.30.tract.3. n.154.verſ. Decimũ. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ.p.4. collect. 857.Thom.Valaſc. tom.1. Alleg. 34. num.7. optime Petr.de Ledeſma p.2. ſum. tract.27. cap.18.

2 Intext.ibi. (*Vel extra detinere.*) Quod procedit in ſimplici incontinentia abſque qualitate concubinatus reſsoluunt Nau.cõſ. 4.ſub tit.de Adulter.Sayr. deciſ.4.ſub eod.tit.quem refert.Aloyſ.Ricci. in collect.deciſ.p.4.collect.821. in fine,dicit probabile,ſed contrariũ probabilius Pet. de Ledeſm.d. cap.18. diffic.3.

3 In text.ibi.(*alioquin pœnis.*) An pecuniarijs; Affirmat Aloyſ. Ricci. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 99.

4 In text.ibi. (*tercia parte fructuum.*) An etiam diſtributionum quotidianarum Affirmant.Sayr.deciſ.7.de verbor. ſignificat. quẽ refert.Aloyſ. Ricci. in collect.857. verſ. Amplia 2. Petr.de Ledeſm.d.cap. 18. diffic.2.

5 In text. ibi.( *Epiſcopi quoque,&c.*) Vide P. Soar. tom.5.de Cenſur.diſp. 31. ſect.5.ad fin.P.Valeri. Reginald.in praxi fori pœnitent.lib.32. tract. 2. num. 65.verſ.Item ex Concilio. P.AEgidi. de Conink.de Sacram.& cenſur. tom. 2. diſp.15.ſuſpenſ.27.

CAP.

## CAP. XV.

*Contra Clerici filios.*

IN text. ibi ( *lo ngiſsime arceatur.* ) Si per triginta annos alius mediate ſuccesſſerit quod videtur filiũ poſſe in eo ſuccedere docet Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.5.nu.33.

2 In text.ibi.(*non liceat.*) An liceat illa beneficia, quæ pater ante hãc Conſtitutionem dimiſit obtinere? Affirmant & reſolutũ fuiſſe refert Farin. deciſ. 81.

3 In text.ibi.( *filijs clericorum , qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio.* ) Quod filius natus ex legitimo matrimonio poteſt obtinere beneficium patris reſoluunt Fr.emman.in ſum. tom.1.cap.29.n.4.verſ.Lo primero, Veg.p.1. cap. 36. caſu 18. verſ. Lo quarto, Garci.de Benefic.p.7. cap. 3.nu.18.

4 An prohibitio hæc procedat in filijs naturalibus procreatis ante clericatũ; Affirmant Balb. deciſ. 29.

5 An procedat in illegitimo Religioſo ? Negat Sayr.deciſ. 4.ſub tit.de filijs presbyter.

6 An habeat locum in nepotibus ligitimis filiorum ex filio ilegitimo reſpectu benificij aui? Affirmant Rebuff. Rojas , & Mier.quos refert. Garci. d.cap.3.num.21.Salzed.in practic.cap.48. lit. A. Pat. Leſsi de Iuſtit. lib.2. capit. 34.nu.91. Negant Nauar. conſ.9.nu9.ſub tit.de filijs presbyter. Spin.in Speculo Teſtam.gloſ.3.à nu. 23. Sayr.de Cenſur.lib.6. cap. 10.n.46.& deciſ.9.de filijs presbyt.Balb. deciſ. 21. P. Azori.inſtit.Moral.part.2. lib.6.cap.4. quæſt.17. ſtephan. Gratian. diſceptat. forenſ.cap.397.n.6.

7 An è conuerſo prohibeatur pater ſuccedere in beneficio filij ? Negant Rebuff.in praxi tit.de Diſpenſat. ſuper defectu natalium nu. 29.Fr. Emman. d.cap. 29. num.4.in fine

Quintanad. Eccleſiaſt. lib. 2.num.65.Nicol. Graci.d. cap.3.nu.28.

8 In text.ibi. ( *beneficium aliquod habent.*) Quod pater clericus habens facultatem transferendi penſionem poteſt illam tranſferre in filium illegitimum reſoluunt Gig. de Penſionib. .86. num.5. Flamin. de Reſignat.lib.6.quæſt.4. num.21. & 22. Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ. 5.§.5. n.22.&. 23.P. Azori inſtit. Moral. p.2. lib.8. cap. 8.q. 7.Nicol. Garci.d.cap.3. n. 34.Stephan. Gratian. diſceptat.forenſ.cap.397.n.1. &7. Aloyſ. Ricci.in collect.deciſ.p.4.collect.1367 infine.

9 Clericum non prohiberi obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius pater nunquam ſuit intitulatus ad aliquod beneficium intitulatum, licet pro Capellano inſeruierit in eadē Eccleſia, reſoluunt Nicol. Garci. de Benefic.p.7.cap. 3.nu.72.Stephan.Gratian. diſcept.forenſ. capit. 397. n.24. cum ſeqq.Nec prohiberi obtinere canonicatum, qui erat portio tēpore quo pater illum obtinebat, refert Achill.de Graſſ. deciſ.1.de filijs presbyt.Nec prohiberi ſuccedere in capellania, quæ fundari ſolet, maxime in Hiſpania. abſq; aliqua Epiſcopi, vel alterius ſuperioris auctoritate, vt in illis ſuccedant clerici de parentella, aſſerit Gonzal. d.gloſ.5.n.33.& ſeq.

*Deciſiones Illuſtriſſ. Cardin. adductæ per Garciā locis infra citatis.*

10 PRima. Congregatio Concilij cenſuit Canonicū illegitimum cuius pater poſſeſsionē alterius Canonicatus in eadē Eccleſia apprehendit, licet in dicta Eccleſ.nō miniſtrauerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipſius Canonicatus, comprehenſum eſſe decreto Cōcil.ſeſſ.25.c.15. Illum vero cuius pater ſola Romani Pontif. ſignatura ſibi

ſibi obtinuit conferre Canonicatũ eiuſdẽ Eccleſiæ ſed neq; litteras Apoſt. expediuit, neq; vnquã habuit poſſeſsionẽ non comprehendi, refert Garci.de Benefic.p.7.tap.3.n.55.

11 Secunda. Non dicitur habuiſſe, adhoc vt cõprehendatur ſub hoc cap. ille, qui fuit prouiſus, & litteris non expiditis, & poſſeſsione nõ habita, ceſſit alteri, refert Garc.d. ca. 3.nu.56.

12 Tertia. Filius presbyteri illegitimus non poteſt obtinere beneficiũ, quod olim pater ſuus abſq; legitimo titulo, & minus pacifice poſſẽdit, refert Garc. d. cap. 3.n.59.

13 Quarta. An illegitimus obtinere poſsit Eccleſiam filialem, quando eius pater obtineret matricem? Fuit dictum poſſe, quando obtinentes filiales non tenerentur miniſtrare in matrice, refert. Garc.d. ca 3.n.63. vbi etiam dicit procedere quoad Eccleſias filiales, quæ ſunt beneficia de per ſe, & diſtincta à matricibus, & nu.65. reſoluit quod ſi vnio facta ſit acceſſorie, & pater habuit, ſeu habet Eccleſiã, ſeu beneficium principale filius poteſt obtinere vnitã, tanquam Vicarius perpetuus, ſeu tanquã Vicarius temporalis

14 Quinta. Itẽ fuit quæſitum an filius illigitimus per Concil. hoc cap. excludatur, ne poſsit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolã ſedẽ in choro ratione dignitatis, quã in alia Eccleſia obtinebat? Cõgregatio reſpondit excludi, & refert Garci.d.cap.3. n.66.

15 In tex.ibi.(*obtinere.*) An collatio ei facta ſit ipſo iure nulla? Affirmat Sayr. deciſ.1.de Conſtitut.

16 In text.ibi.(*nec in dictis Eccleſijs quoquo modo miniſtrare.*) Neque Miſſam ibi celebrare, aut Epiſtolam canere, neque Sacriſtæ, aut Cantoris officio fungi poſſe reſoluunt Nauar. cõſ. 1. q.17. ſub tit. de Conſtitut.

Sayr. deciſ. 1. ſub eod. tit. quem refert Aloyſ. Ricci. in collectan. deciſ. p. 4. collect. 1367. verſ. Tu amplia, Stepahan. Gratia. diſcept. forenſ. cap. 297. n. 26. cum ſeqq. vbi num. 28. teſtatur quod nec etiam antiphonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius Eccleſiæ annexi, de quo etiam Aloyſ. Ricci Curię Archiepiſc. Neapol. deciſ. 3.

17 SacraCardin. cõgreg. ita cenſuit Conciliũ Trid. non prohibet quin pater & filius poſsint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictũ ſit Miſſam celebrantibus, refert Nicol. Garc. d. cap. 3. nu. 73.

18 Item cenſuit filios illegitimos clericorum non prohiberi à Cõcilio Trid. cum patribus habitare refert Garc. d. cap. 3. n. 74.

19 In text. ibi. ( *in eadem Eccleſia beneficia obtinere.* ) Sacra Gard. congreg. ita cenſuit. Idem eſſet ſi vnum tantum, ſed eſſet in perſona patris & filij cum alternatiua reſidentia, quo caſu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totũ ius, quod haberet reſeruata ſibi penſione, & perpetuo abſtineret à ſeruitio.

20 In text. ibi. (*cogatur filius.*) Vide Flamin. de Reſignat. libr. 3. quæſt. 18. nu. 38.

21 In text. ibi. (*Ad hæc reciprocæ, &c.*) Vide Nauar. conſ. 5. de Renunciat. Fr. Emman. in ſum. p. 1. capit. 56. num. 9. & faciunt quæ Flamin. de Reſignat. libr. 14. q. 9.

## CAP. XVI.

*De beneficijs curatis in ſimplicia non conuertendis.*

In text. ibi. ( *quomodocunq; retinent.* ) Vide Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Vnio §. 3. pag. 348.

CAP.

## CAP. XVIII.

### *De modo diſpenſationis legum Eccleſiaſticarum.*

IN text.ibi. (*Vrgens, iuſtaq; cauſa.*) Ad diſpenſationẽ debere cum legitima auctoritate concurrere rationabilem cauſam, iuxta viri boni arbitrium reſoluunt P.Valeri Reginald.in praxi fori pœnitent.lib. 13.c. 19.nu. 194. cum ſeqq. Fr. Ioann.de la Cruz de ſtatu Relig.lib.2.cap.1.dub.1.

In text.ibi.(*cauſa cognita.*) Vide P.Sanch.de Matrim. lib.3. diſp.8.nu.3. & lib. 8. diſ.17.n.10.

## CAP. XIX.

### *Contra duellorum nequam vſum.*

1 VIde Ordina. Regiam Luſitanorum lib. 5. tit.43.Silueſt.Caietan.Armil.& alios Summiſtas verbo Duellum.Salzed.ad Bernard.in pract.ca. 100.Azeued.l.10.nu.18.tit.8.lib.8. nouæ Recopil. Nau. cõſ.1. & 2. de Purgat. vulgari, Bannes in 2.2.q.64. art.7. dub.3.Mench.Illuſtri.cap. 49.num.11.cum ſeqq.Valent.2.2.diſp.3.q.17. puncto 1.Farin.in praxi crim. li.4.q.119.n.23. & conſ.9. lib.1.Fr.Emman. quęſt.Regul.to.3.q.62.ar.1.verſ.12 Zerol. in praxi Epiſcop. verbo Duellum Quarant. in Summa Bullarij cum addit Proſperi de Aguſtino verbo Duellam pag. mihi 218.Sayr. in Claui Regia li.7.ca.13.n.11.cum ſeqq. & de cenſur.lib.3.cap.31.à nu.29. nouiſsime Petr. Caball.in tract.de omnigenere homicidij, à nu.76. cum multis ſeqq.plures ex antiquioribus refert Cened.ad Decretal.collect.117. n.4. Et ex doctiſsimis Religioſis Societatis Ieſu vide P. Henriq. Sum.lib.13.capit. 39.§.3.P.Paul. Comitol. Reſponſ.Moral.li.6.q.13. cum

cum ſeqq. P. Molin. de Iuſtit. tract. 3. biſp. 17. P. Martin. Delr. diſquiſit. Magic. lib. 4. cap. 4. q. 4. ſect. 2. optime P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnitēt. lib. 21. ca. 7. à n. 73. nouiſsime P. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 2. cap. 39. n. 3. 19. cum ſequentib.

2 Conſtitutionem Clemēt. VIII. Incip. Illius vices, quam eddit anno Domini 1592. renouare Bullam quandam de hac re editam à Pio IIII. & confirmare alterā Greg. XIII. incip. Ad tollendum editā anno Incarnat. 1582. nono Decembris, refert late, & eleganter P. Valeri. Reginald. d. lib. 21. nu. 82. cum ſeqq. vbi reſoluit Gregor. XIII. in prædicta Bulla extendere impoſitas in Concilio in pręſenti pœnas aduerſus omnes illos, qui non publice quidem, priuatim tamen ex condicto, ſtatuto tēpore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini, ſocijue ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæ prouocatorię litterę, aut denunciationis chartulæ pręceſſerint. Quas etiam pœnas extendere teſtatur cōtra locorum dominos, ſi certamen ex condicto permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint nec non cōtra eos omnes, qui duellum huiuſmodi fieri mandauerint, inſtigauerint, auxilium, conſilium vel fauorem dederint, aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia, ſciēter ſubminiſtrauerint, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios ſi ſe quouis modo præbuerint, etiam ſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt impediti pugnam non cōmiſerint, per ſe ipſos non ſteterit quominus illa committeretur.

3 Vtrum liciti ſint conflictus illi particulares, qui inter hoſtes ſolent fieri tempore, belli, inter vnum, & vnum, decem; & decem, &c? Vide Caietan. 2. 2. q. 95.

q.95.in fine. Petr. à Nauarra lib.2. de Reſtitut. cap.3. n.295. & 296. P. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap.39. à n.12. P Valeri. Reginald. d. lib.21. n.79.

4 Vtrum Concilium in præſenti procedat quando duellum fuerit commiſſũ in loco priuato, & non tuto, ſine patrinis, ſocijſuè ad id vocatis, ac ſine prouocatorijs litteris, & chartellis, ac etiã pugna nõ perfecta? Affirmant P. Valeri. Reginald. in citato loco Ioſeph. Ludo. Perus. deciſ. 11. Aloyſ. Rici. in collect. deciſ. p. 3. collect. 616. Farinac. d. conſ. 9. n. 34. Quarant. d. verbo Duellũ verſ. Nouiſsime, vbi refert ita declaraſſe S.D.N. Clemẽ. VIII. die 2. Septembris 1592. Negant, reſoluentes Concil. in præſenti de ſolo Duello ſolemni, quod auctoritate publica, & patrinis fiebat loquutum fuiſſe Bobadil. in ſua Politica lib.2. cap.14. nu.41. & poſt Nauar. & P. Soar. P. Sanch. d. cap.39. n.22.

5 An pro honoris defenſione Duellum licitum ſit? Negãt Bernardus Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.100. conſid.1. P. Valeri. Reginald. d. lib. 21. n. 80. vbi etiã reſoluit nulla vnquam de cauſa licitum fuiſſe Duellum ſuſcipere.

6 In text. ibi. (*inter Chriſtianos conceſſerunt.*) An procedat inter infideles? Negant Pat. Martin. del Ri. d. q.4. nu.16. P. Sanch. d. cap. 39. nu.29. vbi ſecus dicit ſi Chriſtiano pugnaturo cũ infideli in ſuo Regno locum conderet.

7 In text. ibi. (*incurrant.*) Vide P. Valeri. Reginald. d. lib.22. n.76. poſt princip. vbi reſoluit non obſtare quod Concilium in præſenti vtetur verbis Imperatiui modi, quæ videri poſſunt ſignificare non ſententiam latam, ſed ferendam per iudicem, qui ea non dirigũtur ad iudicẽ, vt cenſeãtur requirere illius actionem, ſed ad reũ quem per imperiũ efficax ligauit

In

8 In text. ibi. (*careant Eccleſiaſtica ſepultura.*) Morientes in duello ſepultura priuari reſoluunt D. Martin Carrillo en la Explicacion de la Bulla de los defunctos part. 2. cap. 4. n. 55. Pat. Valeri. Reginald. d. lib 22. num. 76. verſ. Accedit.

## CAP. XX.

### *De Immunitate Eccleſiaſtica.*

IN text. ibi. ( *& Canonicis ſanctionibus conſtitutam.*) Vtrum exemptio Clericorum, quod forum ſit iuris humani, an Diuini? Vide Couar. practic. ca. 31. n. 2. Medin. in Cod. de Reſtitut. quæſt. 15. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rub. 1. §. 3. fol. 30. num. 27. cum ſequentibus Mench. Illuſtri. cap. 22. num. 8. & de ſucceſſ. creat. §. 22. nu. 58. Nauar. in cap. Nouit notab. 3. num. 52. de Iudic. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 55. Humad. l. 14. rtit. 1. part. 6. gloſ. 2. nu. 6. Surd. conſ. 301. num. 16. & 55. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum Immunit. lib. 3. cap. 15. à num. 15. Farin. in praxi crimin. q. 8. num. 2. Flamin. de Reſignat. lib. 7. q. 9. num. 5. Garci. de Nobilit. gloſ. 9. n. 9. 1. Mor. in Emporio iuris p. 1. tit. 2. q. 12. Ceuall. Communiũ contra Commun. q. 550. Soar. de Paz tom. 2. prælud. 2. num. 2. Pat. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 31. concl. 1. & 3. Valaſ. conſ. 100. num. 8. Pat. Azori Inſtit. Moral. p. 1. lib. 5. ca. 12. P. Paul. Comitol. Reſponſ. Moral. lib. 1. quæſt. 92. Sayr. in Claui. Regia li. 12. cap. 8. num. 16. cum ſeqq. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 64. num. 1. Caſtill. Quotid. lib. 2. cap. 5. n. 29. cum ſequentibus Cened. ad Decretum collect. 37. num. 1. & Canon. quæſtiõ. lib. 1. q. 4. per totam. Ex noſtris Luſitanis Fr. Emman. quæſt. Regular to. 2. q. 62.

q.62.art.2.Cabed.p.2.deciſ.83.num.10. nouiſsime Cald. Pereira in Comment.ad leg.vni. Cod. de Delictis defunct.p.1.num. 54.Fr. Antoni. de Souſa in Relect.de Cenſuris Bullę Cœnæ cap.19. diſ.91.

*Decretum de Indulgentijs.*

VIde Angles in Floribus Thelogicarum quæſt. cap. de Indulgent. Nauar.in particulari opere, Pat.Valent.tom.4.diſp. 7.q.20.Pat. Soar. tom.4. prope finem, Pat. Henriq. in Summa p.1.lib.7.de Indulgent.Pat. Valeri Reginald.in praxi fori pœnitent. lib.7.à num. 94. cum ſequentibus. P. AEgidi. de Conink de Sacram. & Cenſuris tom.2.diſp.12. Balduin.Iunium ſuper opera contrauerſ.Bellarm.p.1. lib.6.de Indulgent.

FINIS.

# PROTESTATIO AVCTORIS.

*EGo P. Auguſtinus Barboſa Vimaranenſis Presbyter Luſitanus meum hunc libellum, & omnia in eo contenta ſubmitto correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ; ſi quæ vero ſcripta fuerint, quæ pias Chriſtianorum aures offendant, aut menti, & diſpoſitioni S. Sedis Apoſtolicæ non conueniant, paratus mutare, pro non dictis haberi volo.*

Auguſtinus Barboſa.

## *Ad Lectorem beneuolum.*

IN huius operis molitione cuius mihi vt actor, ſic & propitius adiutor fuit Dominus noſter IESVS CHRISTVS, nolui tibi, Pie Lector importuna mole grauis eſſe, cuius vtilitati non modo ſtudeo, ſed & faſtidio, incommodoque cautum volo. Excreuiſſet tamen plus æquo voluminis modus, niſi Pij IIII. Bulla, benedictus, prohiberet quodcunq; interpretationis genus ſuper Concilium propria auctoritate emittendum. Commoditate ergo hac vtere, decerpens quæ tibi ad fructum, animabus ad ſalutem Deo ad, gloriam ſint ceſſura, laboreque noſtro fruere, & faue. Vale.

# INDEX RERVM PRAECIPVARVM, QVAE per Doctores varia Concil. Trid. loca ſuis in ſcriptis incidenter tractantes, afferuntur, & in hoc opere vbi ſedet materia collocantur.

## A.

ABBAS Eccleſiæ nullo Epiſcopo ſubiectæ poteſt dare licentiam alij Sacerdoti, vt aſsiſtat ſuorũ Matrimonio. Seſſ. 24. de Ref. Matrimonij cap. 1. num. 40. in fine.

Abbates tonſuram nec minores Ordines his conferant, qui ſibi ſubiecti non ſunt. Seſſ. 24. de Ref. cap. 10. num. 1.

Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem diſpenſant in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus prouenietibus ex delicto occulto, niſi ſint ad forum contentioſum deductæ, & niſi ex homicidio voluntario proueniant. Seſſ. 14. cap. 7. num. 5.

Abbates iuriſdictioné Epiſcopalé exercentes poſſunt dare licentiam audiendi Confeſsiones. Seſſ. 23. de Reformat. cap. 15. num. 8.

Abbatiſa, quam ætatem debeat habere? Seſſ. 25. de Regularib. cap. 7.

Abbates, & alij Prælati habẽtes propriam Diœceſim, & in ea iuriſdictioné quaſi Epiſcopalem an poſsint diſpenſare in irregularitaibus, in quibus poſſunt Epiſcopi? Seſ. 24. de Ref. cap. 6. num. 2.

Abeſſe nõ dicitur qui ſtatim eſt reuerſurus. Seſ. 23. de

Ref. cap. 1. num. 8.
Abſens à loco beneficij tẽ pore peſtis licet fructus præcipuos, & principales percipiat, non tamẽ habebit quotidianas diſtributiones, niſi conſuetudine obtentum ſit eas abſenti ex iuſta cauſa dari. Seſſ. 24. de Ref. ca. 12. num. 41.
Abſens ab Officijs Diuinis propter aliquam neceſſitatem, vel cauſam euidenter vtilem ipſi Eccleſiæ ex conſuetudine percipit diſtributiones quotidianas. Seſſ. 24. de Reform. cap. 12. n. 45.
Abſentibus de licentia Papæ, vel cauſa ſtudiorum non conceduntur diſtributiones quotidianæ. Seſſ. 21, de Reform. ca. 3.
Abſoluere poteſt Clericus etiam maiori Excomunicatione innodatus, interdictus, aut ſuſpenſus ſine metu irregularitatis conſtitutum in mortis articulo à quibuslibet peccatis. Seſſ. 14. cap. 7. num. 8
Abſolui poterunt in articulo mortis hæretici à quocunque Sacerdote abſque aliqua Bulla, vel priuilegio Seſſ. 14. cap. 7. n. 10.
Abſolui an poſsit, qui Pater noſter, Aue Maria, Credo, & Decem præcepta Decalogi addiſcere non curat. Seſs. 24. de Refor. cap. 4. uu. 6.
Acceſſus non concedendi, nec cõceſsi extendendi. Seſſ. 25. de Reform. c. 7.
Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appelationis Notarius mitere quando cogatur. Seſſ. 13. de Ref. c. 8. n. 18.
Adminiſtrator piorum locorum cõſtrictus ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, licet appellet nõ impeditur, aut ſupenditur executio. Seſſ. 22. de Ref. c. 8. n. 12.
Adminiſtratores piorũ locorum etiam extra viſitationem tenentur redere

Ordi.

Ordinarijs ratione ſuę adminiſtrationis Seſ. 22. de Reformat. cap. 9. nu. 4.
Aduentus Domini an incipiat à media nocte, quæ eſt initium diei primæ Dominicæ Aduentus. Seſſ. 24. de Refor. Matri. cap. 10. n. 2.
Aduocati Fiſcales Cameræ Apoſt. eorum officio durante diſtributionis quotidianas in abſentia lucrantur. Seſſ. 24. de Ref. capit. 12. n. 46. caſu 9.
Ædificare non poſſunt Monachi monaſteria ſine Epiſcopi in cuius Diœceſi erigenda ſunt licentia prius obtenta. Seſſ. 25. de Regularib. capit. 3. n. 5.
Ægrotus etiam ſua culpa qui nõ poteſt perſonaliter adeſſe Diuinis Officijs licite percipit diſtributiones quotidianas in abſentia, ſi dum erat ſanus Diuinis Officijs intereſſe ſolitus erat. Seſſ. 24. de Ref. cap. 12. n. 42. caſu 2.
Ætas quatuordecim annorum inchoatorum requiritur ad beneficia obtinenda Seſſ. 23. de Ref. cap. 6. n. 1. & 2.
Ætas ſeptem annorum ſufficit ad penſionem obtinendam d. capit. 6. num. 7.
Ætas ordinandorum in maioribus, quæ riquiratur Seſſ. 23. de Reform. cap. 12.
Ætas quadraginta annorũ requititur in Epiſcopo. Seſſ. 7. de Reform. cap. 1. num. 3.
AEtas, quæ neceſſaria ad dignitates Eccleſiarum Collegiatarum obtinendas. Seſſ. 24. de Reform. cap. 12. num. 3.
AEtas 25. annorum deſideratur in dignitate principali Collegiatæ Eccleſię d. cap. 12. nu. 5.
AEtas ad profeſsionem emittendam quę ſit neceſſaria. Seſſ. 25. de Reg. ca. 15. n. 4.
Affinitas ex fornicatione quæ oriatur Seſſ. 24. de Ref. Matri. cap. 4.

Alienari prohibita ſunt bona, ad cuius titulum quis eſt ordine ſacro inſignitus. Seſſ. 21. de Ref. cap. 2. num. 17.

Alienans, donans, vel renũtians patrimonium ſuũ non incurrit vllam ſuſpẽſionem. Seſ. 21. de Refor. cap. 2 num. 19.

A mentibus perpetuis non eſt adminiſtranda Sanctiſsima Euchariſtia Seſ. 21. cap. 4. n. 3.

Annus intra quem tenetur quis confiteri cõputatur à Paſchate vſque ad paſcha Seſſ. 14. cap. 5. num. 9.

Annus probationis. Vide probationis annus, &c.

Appellari poteſt à ſententia perquam iudex pronunciauit aliquem non eſſe minorẽ, vel non habere reſtitutionẽ. Seſſ. 24. de Reform. c. 10. n. 6.

Appellari poteſt à ſententia reiectionis probationum & à ſententia dilationis iuramenti alteri parti per iudicem factæ. A ſẽtẽtia admiſsionis articulorum. A ſententia abſolutionis inſtantiæ. A ſententia miſsionis in profeſsionem. A ſententia pronunciantis executionẽ eſſe reuocandam. Ab incidentibus in cauſa ſuſpitionis Officialium. d. cap. 20. nu. 6.

Appellatio an admitatur ab interlocutoria, qua iudex declarat ſe competẽtẽ? d. cap. 20. n. 7.

Appelatio non conceditur ab interlocutoria, niſi quando grauamẽ illatũ per illã nõ poteſt tolli a difinitiua. Seſ. 13. de Ref. cap. 1. n. 3.

Appellationes non recipiantur, niſi d. capit. 1. n. 10.

Approbatus ab anteceſſore Epiſcopo ad curam animarum exercendam, vel Sacramenta miniſtrãda poteſt iterum per ſucceſſorẽ examinari, & ſi minus idoneus repertus fuerit excludi debet. Seſ. 14. de Ref. capitul. 3. n. 1.

Approbatio cauſę ad exeundum pro monialibus Religio-

ligioſis ſubiectis an debeat fieri per ſuũ Generalẽ, vel Prouincialẽ? Seſſ. 25. de Reg. c. 5. n. 6.

Archidiaconus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuę præbendæ percipit diſtributiones quotidianas. Seſſ. 24. de Ref. c. 12. n. 50. caſu. 10.

Archiepiſcopus non poteſt ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram eius ſuffraganeo. Seſſ. 13. de Refor. cap. 1. nu. 4.

Archiepiſcopus cum actu prouinciam viſitat poteſt alicui Sacerdoti licentiam concedere, vt aſsiſtat Matrimonio, Seſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. 1. n. 40.

Archiepiſcopus propter negligentiam Epiſcopi ſufraganei poteſt illius ſubditos ordinare aliaq; ad ipſum pertinentia exercere. Seſſ. 23. de Ref. cap. 10. nu. 5.

Archiepiſcopus poteſt viſitare prouinciam, Seſſ. 24. de Reform. c. 3. nn. 4

Archiepiſcopus dũ viſitat pronunciã poteſt diſpenſare in Irregularitatibus quibus poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi Seſſ. 24. de Reformat. cap. 6. nu. 6.

Articulus mortis quis dicatur, Seſſ. 14. cap. 7. n. 9.

Auditores Rotæ Romanæ conſequũtur fructus, & diſtribntiones ſuarum prębendarũ in abſentia, ac ſi actualiter reſiderent Seſſ. 24. de Reformat. ca. 12. n. 48.

B

DE Baptiſmi Sacramento Doctores agentes Seſſ. 7. in princip.

Baptizari an poſsint infantes infidelium inuitis parentibus. Seſſ. 5. de peccato originali, n. 5.

Benedictiones Matrimoniales omittere quale ſit peccatum, Seſſ. 24. de Reformat Matrim. capit. 1. num. 63.

Benedictiones ante Sacerdotales Matrimoniũ cõſumare non eſt peccatũ mortale

mortale d. cap. 1. n. 62.
Benedictio Sacerdotalis ab vno Parocho viri, & mulieris dari poteſt ca. 1. nu. 64.
Benedictiones impartiẽdi licẽtias concedere poſ ſũt Archiepiſcopi, Epiſ copi & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ habẽ- teſin ſuis Diœceſibus. d. ca. 1. n. 65.
Benedictionẽ ſecũdis nup tijs impertiens Sacer- dos in caſu nõ permiſſo incurrit ſuſpẽſionẽ ferẽ dam. d. c. 1. n. 69.
Benedictiones nuptiales, quo tempore faciendæ Seſſ. 24. de Reform. Ma trim. c. 10.
Beneficia plura in compati bilia Eccleſiaſtica nu- llus habere poteſt Seſſ. 7. de Reform. c. 4. n. 1.
Beneficium, aut Parochia vnita monaſterio exẽp- to etiã alienæ Diœceſis viſitatur ab Epiſcopo lo ci. Seſſ. 7. de Reformat. c. 7. n. 3.
Beneficia vnius Diœceſis, beneficijs, vel pio loco alterius perpetuò non vniãtur, Seſſ. 14. de Ref. cap. 9.
Beneficijs Eccleſiaſticis ar ctatis poteſt Capitulum Sede vacante per Vica- riũ ab eo electum infra annũ literas dimiſſorias concedere, Seſſ. 7. de Refor. c. 10. n. 2.
Beneficia Regularia Reg- laribus ſolũ cõferũtur, Seſſ. 14. de Reformat. 10.
Beneficium ſufficiẽs quod dicatur, Seſſ. 21. de Ref. cap. 2. numero. 22. Seſſ. 24. de Reform. capi. 17. num. 3.
Beneficium vnitum nõ po teſt permutari. Seſſ. 21. de Reform. c. 5. n. 6.
Beneficium habens conſti tutus tãtũ in minoribus Ordinibus etiãſi nõ de ferat habitum, & tonſũ- tã clericalẽ gaudet fori priuilegio. Seſſ. 23. de Refor. c. 6. n. 9.
Beneficia duo Cõmendata in perpetum, vel vnum iure tituli, & alterũ cõ- mendatum in perpetuũ haberi

haberi non poſſunt ſine iuris relaxatione, Seſſ. 7. de Reform. c. 7. n. 4.

Beneficij collationem tantum obtinẽs an dicatur habere beneficium, ad hoc quod fori priuilegio gaudeat, Seſ. 23. de Ref. cap. 6. n. 8.

Beneficij collatio requiritur in familiaribus Epiſcoporũ, vt poſsint ab eis ordinari, tam ad maiores, quã ad minores Ordines, Seſ. 25. de Refor. c. 9. deciſ. 6

Beneficium curatum obtinens ſufficit quod ſit conſtitutus in minoribus Ordinibus, Seſſ. 23. de Reformat. cap. 11. in fine.

Beneficia nullius diœceſis debent viſitari à viciniori Epiſcopo Seſſ. 24. de Ref. c. 9. num. 3.

Beneficij renunciatio quãdo poſsit fieri ab ingrediẽte Religionem, Seſ. 25. de Regular. cap. 16. num. 3.

Beneficij fundatione poſita conditio, quod tale beneficium conferatur conſanguineis an ſit valida, Seſſ. 25. de Refor. cap. 5. num. 1.

Beneficium patris an poſſit obtinere filius natus ex legitimo Matrimonio, Seſſ. 25. de Reform. cap. 15. num. 3.

Beneficium patris nõ poſſunt obtineri filij etiam naturales procreati ante Clericatũ d. c. 15. n. 4.

Beneficium Aui an poſſint obtinere Nepotes legitimi ex filio illegitimo. d. capit. 15. numer. 6.

Beneficium filij poteſt obtinere pater. d. cap. 15. num. 7.

Beneficium non prohibetur obtinere clericus in Eccleſia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium intitulatum licet pro Capellano in ſeruierit in eadẽ Eccleſia. d. cap. 15. num. 9.

Beneficium nõ poteſt obtinere filius presbyteri illegitimus, quod olim

pater eius etiam abſque legitimo titulo, & minus pacifice poſſedit d. cap. 15. n. 12.

Beneficium an poſsit obtinere filius illegitimus in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Eccleſia obtinebat. d. c. 15.

De Beneficiorum incompatibilitate, Seſſ. 24. de Reformat. cap. 17.

Beneficium ſimplex habens ſufficiens ad commodam ſuſtentationem & aliud conſequatur eſt incompatibile cum primo, & obtinens peccat mortaliter. d. c. 17. nu. 2.

Beneficia plura reſidentiam non requirentia an liceat obtineri. d. ca. 17. num. 10.

Beneficia plura obtinens ex diſpenſatione Papæ, ſine cauſa tamen rationabili, an ſit tutus in foro conſcientiæ? capit. 17. num. 21.

Bigamia occulta, quam contraxit quis cognoſcendo vxorem ſuam, quam ignorabat adulterium commiſiſſe diſpenſabilis eſt ab Epiſcopo Seſſ. 24. de Refor. c. 6. n. 8.

Bona, ad cuius titulũ quis eſt ſacro ordine inſignitus, non poſſunt alienari, Seſſ. 21. de Reformat. c 2. n. 17.

Bona Eccleſiaſtica occupantes quas pœnas incurrant? Seſſ. 22. de Ref. c. 11. n. 61.

Brachij ſæcularis auxilium iudex ſœcularis negans, poteſt ad id cogi per Eccleſiaſticum ſub pœna Excommunicationis Seſſ. 24. de Reformat. c. 8. n. 6.

C.

Candellarum certus numerus prohibetur in celebratione Miſſæ, Seſſ. 22. in Decreto de obſeruandis n. 6. fol. 53.

Canere in choro tenentur Canonici ſub peccato mortali

mortali, ſi in hoc eſſent notabiliter negligeutes Seſſ. 24. de Reformat. c. 12. n. 63.
Canonicatus duo incompatibiles ſunt, Seſſ. 7. de Reformat. cap. 4. n. 2. & Seſſ. 24. de Reformat. c. 17. n. 7.
Canonici exempti ratione ſuæ exemptionis non excuſantur à Fidei profeſsione in manibus Epiſcopi facienda, Seſſ. 24. de Reformat. cap. 12. n. 8.
Canonici Regulares non excuſantur à profeſsione Fidei in manibus Epiſcopi facienda, d. ca. 12. nu. 10.
Canonici non tenentur contribuere Seminario de diſtributionibus quotidianis, ſi contribuunt ex fructibus ſuæ præbendæ, Seſſ. 23. de Ref. c. 18. n. 12.
Canonicis non ſuffragatur ſtatutum, quo cauetur, vt poſsint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio. d. cap. 12. nu. 59.
Canonicí cogendi ſunt ad perſonaliter canendum miſſam illis diebus. quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent. d. c. 12. n. 60.
Canonici tenentur canere in choro ſub peccato mort. ſi in hoc eſſent notabiliter negligentes d. cap. 12. n. 63.
Canonicis ſuis poteſt Epiſcopus ob legitiman cauſam dare licentiam, vt poſsint abeſſe per quatuor menſes. Seſſ. 23. de Reformat. cap. 1. nu. 10.
Canonicus viſitans Eccleſiã, iura, vel redditus ſuæ præbendæ percipit diſtributiones quotidianas. d. capit. 12. num. 50. caſu 10.
Cantoris officio fungi an poſsit filius in Eccleſia vbi pater habet beneficiũ Seſſ. 25. de Reform, c. 15. n. 16.
Cap. Cum ad monaſteriũ in fine de Statu Monach. intellectum vide Seſſ.

Seſſ. 25. de Regular. c. 2. n. 4. in fine.

Cap. fin. Qui Clerici, vel Monachi. d. ca. 2. n. 5.

Capellaniam obtinentem non poteſt Epiſcopus compellere, vt ipſemet celebret, licet in eius fundatione diſponatur quod Capellani celebrent, quia iſtis oneribus Miſſarum recte per ſubſtitutos ſatisfit. Seſſ. 24. de Reformat. capit. 12. n. 62.

Capellani Rectorum Parochialium *instituti* auctoritate Apoſt. tenentur ad perſonalem reſidentiam, vt rectores ipſi, Seſſ. 23. de Reform. c. 1. n. 12.

Capellani à parochis proprietarijs inſtituti an poſsint alteri Sacerdoti licentiam dare aſsiſtendi Matrim. Seſſ. 24. de Reform. Matrim. capit. 1. n. 39.

Capelle habentes redditus Eccleſiaſticos exiſtẽtes etiam intra Eccleſias Regularium tenentur contribuere Seminario, Seſſ. 23. de Ref. c. 18. n. 8.

Capitulares Cathredaliũ ſuo Epiſcopo ſunt ſubiecti, Seſſ. 6. de Reform. cap. 4.

Capitulum non poteſt cõcedere, vt abſens lucretur diſtributiones quotidianas, poteſt tamen illas, quę iam accreuerant intereſſentibus remittere, Seſſ. 24. de Ref. cap. 12. n. 38.

Capitulum ſuperſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione, vel priuilegio viſitandi ius habet Seſſ. 24. de Reformat. c. 3. n. 6.

Capitulum ſede vacante non poteſt intra annũ Ordinandi licentiã etiã ad primam tonſuram concedere alicui, Seſſ. 7. de Reformat. capit. 10. n. 1.

Capitulum ſede vacante per Vicarium ab eo electum intra annum litteras dimiſſorias concedere poteſt arctaris beneficijs

neficijs Seſſ.7. de Ref. c.10.n.2.
Capitulum ſede vacante an poſsit pręſtare aucto ritatem vnioni Seſſ.21. de Reform.c.5.n.9.
Capitulum ſede vacante poteſt dare licentiam alicui Sacerdoti, vt aſſiſtat Matrimonio contrāhendo. Seſſ. 24. de Reformat.Matrim.cap. 1.n.40.
Capitulum ſede vacante poteſt diſpenſare in Irregularitatibus quibus poteſt Epiſcopus per cap.6.Seſſ. 24. de Reform.Doct.cit. ibi.n.5.
Captura affert damnū irreparabile, & ideo à ſentētia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur, poteſt appellari Seſſ.24. de Reform. c.20.n.10.
Carceratus iniuſte & abſq; legitima cauſa, etiam ſemota qua cunq; conſuetudine incontrariū licite percipit diſtributiones quotidianas, Seſ. 24. de Reform. capit. 12.n.47.in med.
Cardinales debent contribuere Seminario de fructibus beneficiorum quę habent in diœceſi vbi eſt Seminarium. Seſſ 23. de Reformat.cap.18. n.5.
Catechiſmus, ſeu Cognatio quædam ſpiritualis nata ex Catechizatione baptizati an cenſeatur ſublatus. Seſſ.24. de Reform. Matrim. capit.2. num.21.
Cathredalium Eccleſiarū Pœnitētiarius vide pœnitentiarius.
Cauſæ, quæ hodie in praxi verſantur in Romana Curia pro quibus diſpenſationes ad contrahenda Matrimonia cōceduntur quales ſint vide. Seſſ.24. de Reform. Matrim.capit. 5. à nu. 12.
Cauſæ graues quę ſint Vide Seſſ.24.de Ref.c.5.n. 2.
Cauſę legitimę abſentiæ quæ ſint vide Seſſ.23.de Ref.capit.1.à num. 13.

Cauſæ Matrimoniales ſpectant ad Epiſcopos, non ad Decanos, vel alios inferiores, Seſſ. 24. de Reformat. capit. 20. n. 16.

Cauſæ beneficiales extra Sedem Apoſt. in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum infra biennium à die motæ litis terminari debent. d. cap. 20. n. 2.

Celebrare quo tempore poſsint Sacerdotes Seſſ. 22. in Decreto de Obſeruandis num. 7. fol. 53. verſ. 18.

Celebrare quo loci poſſint Sacerdotes, & Religioſi, numer. 3. fol. 52. verſo.

Celebrandi priuatis in domibus, quæ ſacræ non ſunt Epiſcopus dare nõ poteſt licentiam Sacerdotibus. d. Decreto de Obſeruandis numero 4. fol. 53.

Celebrãdi legitimũ tẽpus quod ſit? Vide Doct. cit. d. Decreto de Obſeruandis n. 7. fol. 53. verſo.

Celebrare ante horam & poſt horam ab Eccleſia ſtatutã quibus Religioſis conceſſum ſit? Vide Doct. cit d. Decreto de Obſeruandis. n. 7. in fine fol. 53. verſo.

Cenſus an poſsint Moniales nutu, & conſenſu ſuperiorum retinere? Seſſ. 25. de Regular. cap. 2. n. 3.

Circunſtantiæ quæ confitendæ, Seſſ. 14. capit. 5. nu. 7.

Clericatus, beneficij, vel ſeruitij in Eccleſia receptio poſt delictum commiſſum nihil proficit aſſumenti ad effectum exemptionis à iudice ſęculari, Seſſ. 23. de Reformat. c. 6. n. 11.

Clericatus & tonſuræ cognitio apud quem iudicẽ ſit habenda? d. capit. 6. n. 12.

Clerici omnes diœceſani quantumuis exempti, ſi beneficia etiam ſimplicia in diœceſi obtineant, vel Officium in Eccleſijs, compelli poſſunt ab Epiſ-

Epiſcopis, vt accedāt ad proceſsiones. Seſſ. 25. de Regularib. capit. 13. num. 6.

Clericus concubinarius, vide Concubinarius Clericus, &c.

Clerici filius an poſsit obtinere beneficiū patris? Vide Beneficium patris, &c.

Coadiutores deputādi illiteratis, vide Seſſ. 21. de Reformat. cap. 6.

Coadiutores Rectorum Parochialium inſtituti auctoritate Apoſt. tenentur ad perſonalem reſidentiam vt Rectores ipſi. Seſſ. 23. de Reform. c. 1. num. 12. fol. 64. verſo.

Coadiutoria cū futura ſucceſsione an inducat incompatibilitatem cum alio beneficio? Seſſ. 24. de Reformat. c. 17. n. 13.

Cogentes Mulieres ad Religionem, vel ſine iuſta cauſa impedientes volentes, qua poena mulctentur? Seſſ. 25. de Regularib. cap. 18.

Cogens mulierem monaſterium ingredi an excommunicetur ingreſſu non ſequuto? d. capit. 18. num. 3.

Cogentes fœminam ad monaſterij ingreſſum, non vt profiteatur, nec vt habitum ſumat, ſed vt ſæculari retento ibi educetur donec ætatis aptæ Matrimonio ſit, quas poenas incurrant? d. capit. 18. nu. 5.

Cognatio ſpiritualis à viro cōtracta, eo quod aliquem tenuerit in Baptiſmo, vel Confirmatione non transfunditur ad vxorem, nec è contra. Seſſ. 24. de Reformat. matrim. c. 2. n. 9.

Cognatio ſpiritualis nō cōtrahitur inter ipſoſmet patrinos? d. cap. 2. nu. 3.

Cognatio ſpiritualis an cō trahatur à ſuſcipiente in Baptiſmo non ſolemni? d. cap. 2. n. 6.

Collegia inſtituta pro ſuſtentatione ſtudentium pauperum, vel egenorum ſunt loca pia, & gaudent priuilegijs Ec-

cleſiæ conceſsis Seſſ.22. de Reformat.cap.8.n. 8.
Collegiati nullius diœceſis viſitari debent à viciniori Epiſcopo. Seſſ.24. de Reformat. cap.9.n. 3.
Collegiatæ Eccleſiæ dignitates quã ætatẽ debeant habere? Seſſ.24.de Reformat.cap.12. numero. 3.
Collegiatæ Eccleſiæ dignitas principalis requirit ætatem 25. annorum d. cap.12.n.5.
Collector generalis Cameræ Apoſt. eius officio durante lucratur diſtributiones quotidianas Seſſ. 24. de Reform.cap.12.n. 49. caſu 9.
Compoſtellanæ Eccleſiæ ſtatutũ, quod qui inſeruierit ei per 40. annos habeatur pro iubilato, an ſit validum? Seſſ. 22. de Reformat. cap.4. nu. 4. & Seſſ.24. de Reform. cap.12.num.54.
Commutationes vltimarũ voluntatum quomodo, & quando faciẽdæ Seſſ. 22. de Reformat.ca.6. & Seſſ.25. de Reform. c.4.
Cõpatres in Baptiſmo qui vide apud Doct. cit. Seſſ. 24. de Reformt. Matrim. cap.2. num. 8. cum ſeqq.
Concetptio Beatiſsimæ Virginis immunis à peccato originali. Seſſ. 5. de peccato origin. num. 10.
Concilium generale abſq; auctoritate Summi Pontificis celebrari non poteſt. Seſſ.1.nu.1.
Concilia omnia decreta cõtinent decretum irritans. Seſſ.1.num.5.
Concilio generali an omnes fideles intereſſe poſſint Seſſ.2.num.3.
Concilia generalia legitime congregata in Fidei & morum definitione errare non poſſunt. Seſſ. 2.numer.2.
Concilium prouinciale, & Synodus diœceſana, quo modo, & tempore celebrari poſsint Seſſ. 24. de Reformat. capitulo 2.
Concilij Tridentini publicatio, obſeruatio, & executio præcipitur prælatis à Rege Philippo II. & Correctoribus vt ad ſuũ impar-

impartiantur fauorem & auxilium.Seſſ.25.de Reform.cap.2.

Concilij interpetratio in ſcholis docendo non prohibetur Seſſ. 25. de Reformat.cap.2.num. 2.

Cōcilio generali intereſſētes tanquam Theologi, vel Canoniſtæ nomine ſui Capituli ab eo miſsi lucrantur diſtribut. quo tidianas Seſſ.24. de Reformat.ca.12.num.51.& 52.caſu.11.& 12.f.118.

Concubinarius quomodo puniatur.Seſſ.24.de Reformat.cap. 8.

Concubinarium in prima admonitione poteſt Epiſcopus pœna pecuniaria punire.d.capit. 8.nu. 3.

Concubinatus crimen an ſit mixti fori d. capit. 8. num.5.

Concubinarius Clericus quas pœnas incurras Seſſ.25.de Ref.cap.14.

Concubinarius Clericus poteſt puniri pœnis pecuniarijs.Seſſ.25.deRefor.capit.14.num.3.

Concubinarius Clericus non priuatur tertia parte diſtributionum quotidianarum Seſſ. 25. de Reform.cap.14.num. 4.

Cofeſſarij approbatio an ſufficiat petita ſi iniuſte negetur.Seſſ.23.de Ref. cap.15.nu. 3.An debeat eſſe in ſcriptis numer. 4. An expiret mortuo,vel amoto delegante nu. 5. An deſideretur in Religioſis habentibus à Papa licentiam confeſsiones audiendi num.7.An debeat fieri abEpiſcopo ipſius Confeſſarij num.9. An valeat ſi Epiſcopus eā det abſq; iudicio aut contra iuditium,nume. 13.

De confeſsione Seſſ.14.c. 3.

Confeſſor an poſsit inuitū pœnitētem obligare ad pœnitentiam acceptandam Seſſ.14.cap.3.nu.6.

Confitēdo quoqumque anni tempore an ſatisfaciat quis præcepto decōfitendo ſemel in anno, Seſſ.14.cap.5.num.10.

Confiteri non tenentur laici qui tantum habent venialia. Regulares ex ſtatuto, & conſuetudine tenentur ſub veniali Seſ. 14. cap. 5. num. 2.

Conflictus illi particulares qui inter hoſtes ſolent fieri tempore belli inter vnum, & vnum, decem & decem, an ſint liciti? Seſſ. 25. de Reformat. ca. 19. n. 2.

Confraternitates Mõtis Pietatis laudãtur. Seſſ. 22. de Reformat. cap. 9. num. 2.

Confraternitates laicornm etiam exiſtentes intus Ecclesias Regularium Poteſt Epiſcopus viſitare, ac illos ad reddendum cõputata cõpellere. Seſſ. 22. de Reformat. cap. 8. n. 9.

Confraternitates habentes redditus Eccleſiaſticos, etiam exiſtentes intra Eccleſias Regularium tenẽtur cõtribuere Seminario. Seſſ. 23. de Reformat. c. 18. n. 7. & 8.

Confraternitates laicorum an poſsint cenſuris cõpelli ab Epiſcopo, vt accedant ad publicas proceſſiones? Seſſ. 25. de Reg. cap. 13. num. 5.

Conſenſus ad Matrimonium requiſitus quibus nam ſignis ſufficienter exprimi poſsit? Seſſ. 24. de Reformat. Matrim. c. 1. n. 15.

Conſeruatorum ſpecies referunt Doct. cit. Seſſ. 14. de Reform. cap. 5. n. 2.

Conſeruatoriæ literę in quibus vim habeant. d. capi. 5. n. 1.

Conſeruatio illuſtris familiæ in eodem ſanguine alias periturae, eſt iuſta cauſa diſpenſandi inter conſanguineos ad Matrimonia contrahenda Seſſ. 24. de Reformat. Matrim. c. 5. n. 25.

Conſuetudo immemorialis non excuſat à reſidentia in Eccleſiijs Cathedralib. vel Cellegiatis in ſignibus Seſſ. 23. de Ref. cap. 1. n. 16. & Seſſ. 24. c. 12. n. 31.

Conſuetudo immemorialis nunquã cẽſetur ſublata

ſublata niſi expreſſamẽtio de ea in lege, vel conſtitutione habeatur. Seſ. 24. de Reformat. ca. 12. nu. 30.

Conſuetudo valida eſt vt quis in abſentia percipiat diſtributiones quotidianas, quando huiuſmodi conſuetudo inducta eſſet ſciente vel tolerante Papa. Seſſ. 24. de Reformat. cap. 12. n. 55.

Conſuetudo valida eſt vt diſtributiones quotidianæ diuidantur in eos qui interſunt officio diuino certis horis, licet non interſint omnibus. d. cap. 12. nu. 56.

Conſuetudo valida eſt, vt clerici recedẽtes à choro dum diuinum officium canitur, lucrentur diſtributiones ſi id fieri contingat ob celebrandam Miſſam, vel Sacramentalem confeſsionẽ, d. ca. 12. n. 56.

De Contritione, Seſſ. 14. cap. 4.

Copula tacita diſpenſation iobtinẽtẽs ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, an ſit ſubreptitia? Seſſ. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5. n. 2.

Copula tacita diſpenſationem obtinentes ſuper impedimento Cognationis ſpiritualis, vel etiam publicæ honeſtatis an ſit valida, d. cap. 5. nu. 5.

Curatum Beneficium, quære Beneficium.

## D.

De. Decimarum ſolutione, Seſſ. 25. de Reformat. c. 12.

Denunciationes non ſunt de eſſentia Matrimonij. Seſſ. 24. de Reformat. Matrim. cap. 1. n. 4.

Denunciationes omittentes ſine legitima diſpenſatione peccant mortaliter. d. capit. 1. num. 5.

Denunciaciones ſunt faciendæ in parochia vtriuſque contrahentis

X d, ca

d.cap.1.n.7.fol.80.
Denunciationes fieri debẽt tribus cõtinuis diebus feſtiuis quando huiuſmodi dies ſibi nõ ſuccedunt immdiate. d.ca. nu.9.fol.80.
Denunciaciones cum diſpenſatione Epiſcopi nõ poſſunt fieri diebus ferialibus. dicta. capit. 1. num.10.
Denunciationes poſſunt fieri in die non feſtiua, quando in ea prædicat inſignis Doctor cũ magno hominum concurſu, vel eſt feſtus dies vocationis illius Eccleſiæ.d. ca.1.n.10.
Denunciare tenetur vnuſquiſque ſub culpa mortali impedimentum à ſe notum, etiamſi occultum ſit, & illud probare non poſsit. d.cap. 1.n.12.
Dignitates Collegiatę Eccleſiæ quam ætatem debeant habere? Seſsion. 24.de Reformat. capit. 12.numer.3.
Dignitas principalis Collegiatæ Eccleſiæ requirit ætatem 25. annorum,d. cap.12. num. 5.
Dictio donec eſt temporis limitatiua, habet in ſe temporis reuolutionem, & intercapedinẽ.Seſſ. 21. de Reform. mat. cap. 2. nu.12.
Dictio nullatenus indica. nullitatem actus ipſo iure. Seſſ. 21. de Reform. cap.2.num.20
Dimiſſorias literas nõ poteſt concedere Capitulum ſede vacante intra annum. Seſſ. 7. de Reform.cap.10.n.1.
Dimiſſoriæ litteræ ad Ordines conceſſæ à Capitulo non expirant per ingreſſum moderni Epiſcopi.d.cap.10 .nu.3.
Dimiſſoriæ litteræ non expirante morte Epiſcopi cõcedentis. c.a.10.n.4.
Damni irreparabilis caſus Seſ.24.deRef.c.20.n. 8.
Dignum eligens prætermiſſo digniori peccat mortaliter, Seſſ. 24. de Reformat.cap.18.n. 27.
Diſpenſantio in gradibus

prohibitis, vide, Seſ. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5.
Diſpenſatio tacita copula quęre Copula tacita, &c
Diſpenſationum cauſas in Conſanguinitatis, & Affinitatis gradibus d. ca. 5. n. 12. cum ſeqq.
Diſpenſatio in irregularitate non conceditur illi qui homicida fuit ex induſtria Seſſ. 14. de Refo. cap. 7.
Diſpenſare nō poteſt Epiſcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio volūtario occulto aut manifeſſo, neque ad Ordines minores neq; ad ſimplex beneficiū Poterit tamen diſpenſare indirecte in Irregularitatibus prouenientibus ex homicidio caſuali volūtario ad Ordines minores & beneficium ſimplex obtinēdum. Ad ſacros etiam Ordines diſpenſat ſi homicidium ſit occultum d. capit. 7. num. 4.
Diſtributiones quotidianas quæ perſonæ lucrētur in abſētia, Seſſ. 24. de Reformat. ca. 12. a n. 40. vſq; ad n. 53.
Diſtributiones quotidianæ nō conceduntur abſentibus de licentia Papæ vel cauſa ſtudiorum Seſſ. 21. de Reformat. c. 3.
Diſtributiones quotidianas tantum habens non tenetur de illis contribuere Seminario Seſſ. Seſ. 23. de Refor. ca. 18. num. 13.
Diſtributionum quotidianarum partem tertiam non amittit clericus cōcubinarius, Seſſ. 25 de Reform. ca. 14. num. 4.
Diuitiarum conſeruatio in eadem Cognatione ne cauſa dotis diſtrahatur ad aliam Cognationis familiam, quando illæ ampliſimæ ſunt, eſt iuſta cauſa concedendi diſpenſationem ad Matrimonia contrahēda, Seſ. 24. de Reformat. Matri. cap. 5. num. 22.
Doctor in Sacra Teologia

vel iure Canonico, aut aliàs perſona graduata, aut litterata ſi non habeat patrimoniũ an poſſit ordinari ad titulũ litteraturæ? Seſſ. 21. de Reformat. cap. 2. n. 14.

Doctor in ſacra Teologia, vel iure Canonico in publica Vniuerſitate graduatus non excuſatur ab examine quando petit ſibi prouideri de aliqua Eccleſia Parochiali. Seſſ. 7. de Reformat. capit. 13. nu. 5. & Seſſ. 24. de Reform. cap. 18. deciſ. 1. n. 1.

Doctores tenentur profeſſionem Fidei facere. Seſsion. 14. de Reform. cap. 12. n. 11.

Doctrinam Chriſtianã cogere pueros addiſcere non poteſt Ordinarius mulctis, & pœnis etiam in caſu notabilis negligentiæ. Seſſ. 24. de Reform. cap. 4. n. 6. in med.

Donatio, ſeu renuntiatio bonorum facta ab exiſtẽte adhuc in ſęculo prætextu, & intuitu ingreſſus Religionis an valida ſit? Seſſ. 25. de Regular. cap. 16. n. 4.

Donec dictio, quære dictio donec.

Dotari debent raptæ à raptoribus, Seſſ. 24. de Refor. Matr. cap. 6. n. 13.

Duellorũ vſus prohibitus Seſſ. 25. de Reformat. capit. 19.

Duellum prohibetur, & punitur etiamſi fuerit commiſſum loco priuato, & non tuto, ſine patrinis ſocijſue ad id vocatis, ac ſine prouocatorijs litteris, & chartellis. d. cap. 19. n. 4.

Duellũ non eſt licitũ pro honoris defenſione. d. cap. 19. n. 5.

Duello morientes ſepultura priuantur. d. capit. 19. n. 8.

E.

E Ecleſias duas nullus Prælatus regere poteſt Seſſ. 7. de Refor. cap. 2.

Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater, & ma-

magiſtra. Seſſ. 7. Can. 3. de Baptiſmo.

Eccleſiæ collapſæ reparandæ. Seſſ. 21. de Reformation. capitul. 7. uumero 2. & 3.

Eccleſiarum bona occupãtes, quære bona Eccleſiarum, &c.

Editio vulgata, Bibliorum Seſſ. 4. m. 6. cum ſeqq.

Eleæmoſinarum Quæſtores, quæſtores eleæmoſinarum, &c.

Educationis cauſa vt puellæ poſsint recipi in monaſterijs Monialiũ, quę cõditiones requirãtur, Seſſ. 25. de Regul. cap. 5. n. 13.

Epiſcopus poteſt generaliter delegare alicui in ſua Diœceſi facultatem quã habet remittẽdi denuuciationes, Seſſ. 24. de Reformat. Matrim. cap. 1. n. 21.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt ſint duo ſuſceptores in Babtiſmo loco viri, & mulieris, Seſſ. 24. de Reformat. Matri. cap. 2. num. 5.

Epiſcopus contra Cõciliũ non diſpenſat expreſſe vel tacite, niſi in caſu magnæ neceſsitatis. Seſſion. 1. n. 2.

Epiſcopus extra ſuam Diœceſim ſuum munus non exercet? Seſſ. 6. de Ref. cap. 5.

Epiſcopus in aliena Diœceſi de licẽtia Ordinarij pontificalia exercens poteſt Clericis alienarũ Diœceſum ſi ſuas litteras dimiſſorias habeant Ordines cõferre. d. cap. 5.

